BACVLVS DÆMONVM CONIVRATIONES MALIGNORVM SPIRITVVM

Optimæ, & probatæ mirabiliſq; efficaciæ, cuius cognitio proprie ſpectat ad Sacerdotem.

Partim deductæ de vita S. Vbaldi Epiſc. & Conf. Can. Reg. Lat. & partim ab Auctore in Eccl. dicti Sancti expertæ.

Acceſſit doctrina ſingularis de expellendis malignis ſpiritibus.

Auctore R. P. D. Carolo Olivario Vicentino, Concionatore, & Ciue Eugubbino, Can. Reg. Saluato. Lateranenſe, Ord. S. Auguſtini, atq; Exorciſticæ artis profeſſore.

Adſunt etiam diuerſæ Benedictiones, Cum Indice omnium notabilium huius libri.

AUGSBURG

Bibliotheca S. Crucis Augæ

PERVSIAE, Apud Marcum Naccarinum.
Superiorum Auctoritate. M.D.CXVIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

Admodum Illustri & lectissimæ Fœminæ

D. ISABELLAE BRANCALEONÆ DE ANSIDEIS

P. D. Carolus Oliuerius Vicentinus Canonicus Reg. Saluatoris Latera. Ord. S. Augustini S. D.

TRITVM illud vulgari sermone prouerbiũ, immo Axioma, virorum sapiẽtissimorũ sententia comprobatum, Vim vi repellendam esse, maiorem ibi locum habere mihi videtur, vbi acrior, idẽque violentior impetus excipiendus, & sustinendus est. Iam inde ab ipso mundi nascentis

Digitized by Google

exordio Dæmona teterrimum noſtri generis hoſtem, multas, eaſdemque varias videmus aduerſum nos, & flagitioſe, & peruerſe ſtruere inſidias, vt nil cogitet præterea, quam vt in ſummum nos detrudat exitium, in ſummam trahat perniciem. Nouis quidem inſidijs nouæ artes occurrunt, & multiplici hoſtium oppugnationi noua ſubinde obſtruuntur munimenta. Id quod in dies magis, magiſque cernitur in ijs, quos ſordidi ijdem inferorum ſpiritus crudeliter vexant, atque exagitant, vt quò magis ſeuiant, quò duriores corporibus inferant cruciatus, eò vehementiores, eò firmiores excogitentur illos eijciendi, atque exturbandi rationes. Has igitur ego longa ſane, & noua quadam meditatione (quamuis alij id ipſum feliciter admodum ante aggreſſi ſint) Deo Duce, tandem aſſecutus; committendum non putaui, vt intra domeſtica dum taxat ſcrinia deliteſcerent: ſed in lucem ederentur, efferenturque in vulgus, publicæ commoditatis gratia. Cum autem intelligerem per facile futurum, vt callidiſſimi, oculatiſſimique hoſtes id negotij animaduertentes, ad eius euerſionem

Digitized by Google

sionem aliquid continenter obmolientes incommodi, nil vsquam intentatum omitterent: apud quem, ob vitæ sanctitatem, integritatemque Dæmonibus ipsis metuendum, eiusmodi opus collocarem, mecum ipse reputanti, venit in mentem, Nobilis, religiosæ, piæque fæminæ, eius scilicet, quam te semper, ISABELLA BRANCALEONA, præstitisti, D. Vbaldi Episcopi nostri religione egregie muniram, cuius innocentiam sicuti Cælum pluris facit, ac veneratur, ita inferi contra maxime formidant, atque extimescunt. Tibi igitur tanto fultæ præsidio, libellũ Dæmonibus ipsis, quod non dubito, inuidiosum, commẽdatum velim, quem hilari, ac serena fronte accipies, perinde ac clarissimum meæ singularis in te obseruantiæ, ac pietatis argumentum. Vale. Datum in Canonica nostra Sancti Vbaldi extra muros Eugubbij die 16. Maij 1617.

D. Carolus Oliuerius Vicentinus Canon. Reg. Sal. Lat. Ordinis S. Augustini, & Exorcista.

CANDIDO LECTORI Salutem.

LEGENTIVM animos, ita mos obtinuit, scriptorum maxime varietas delectat, nouitas, atq; vtilitas, quæ si absint pro summa delectatione sese ingerit sæpenumero graue illud quidem, idemque molestum, & oculis, & auribus fastidium. Habes candide lector in hoc opere (citra arrogantiam dixerim) tria hæc, quæ postulas, qualia qualia sint, ornamenta, quæ scriptori non exiguam mihi fidem facere videtur. Ars enim cuius hic præcepta traduntur, multiplex est, nuper excogitata, ac perutilis. Neque enim vna duntaxat præmonstratur via Exorcismorum peritissimos Demones de corporũ possessione deijciendi; nam, quæ alij alijs temporibus sapientissime quidem,

Digitized by Google

quidem, ac sanctissime ea de re chartis consignarunt his, impellente pariter, quæ certa mihi fides est, & fauente Deo, pauca hæc, mira quadam, ni fallor, varietate, haud iniucunda adscribere, eodē fretus auxilio, veritus non sum. Nouos deinde hos ingenij, siue, vt melius dixerim, egregiæ voluntatis in te meæ fœtus agnosce, quibus licet pari charitate, ac beneuolentia, recens quoque ac nouum apud te instruas hospitium. Eorum denique vim, ac virtutem malo quidem experimento comprobari, quam præconio aliquo commendari. Quod igitur, ne longior sim, licuit per summam virium tenuitatem, ingenijque mei imbecillitatem, optime Lector, ad communes insidias repellendas, Luciferique conatus infringendos excogitare, quæ cætera soles, humanitate, quæ publico omnium voto potissimum respondent, accipias perbenigne, quā studiosissime foueas, quam amantissime complectare, etiam atque etiam rogo. Esto felix.

Digitized by Google

D. Petrus

I O

D. Petrus Franciſcus Abbas Generalis Congregationis Canonicorum Regularium Saluatoris Lateranen.

VEnerabili, ac Dilecto in Chriſto Patri D. Carolo Vicentino Canonico noſtro profeſſo, Sacerdoti, & Concionatori in Domino ſalutem. Cum nobis opus exorciſmorum, a te compoſitum, oblatum fuerit, noſq; idem R. P. D. Theodoſio de Sinigaglia Canonico noſtro profeſſo, Sacerdoti, & Concionatori, Sanctiq; Vbaldi Eugubij Præpoſito diſcutiendum tradiderimus, &, eodem R. Patri referente, acceperimus, in prædicto opere nihil orthodoxæ fidei diſſonum, niluè bonis moribus, incongruum reperiri; Propterea nos pro eo, quo fungimur officio, liberam tibi facultatem illud imprimendi, ſeruatis tamen de iure ſeruandis, tenore præſentium concedimus, & impartimur. In quorum fidem. Dat. Venetijs ex Canonica noſtra S. Mariæ Charitatis Die XXII. Iulij MDCXVII.

D. Petrus Franc. A. G.

Locus ✠ ſigilli.

D. Petrus Opiterginus Prior & Sec. d. m.

Approbatio

Digitized by Google

Approbatio Admodum R. P. D. Theodosij Zazzari Senogallienſis Canonici Regularis Lateranenſis Verbi Dei Proclamatoris, ac Præpoſiti Eccleſiæ S. Vbaldi de Eugubio.

OPVS hoc R. P. D. Caroli Oliuerij Canonici Regularis Lateranenſis de Vicentia ad fugãdos Dæmones diſcurſus complectens, à me viſum, atque recognitum fuit, in quo nihil (quod animaduerterim) reperi Catholicæ fidei diſſonum, communiue Sanctorum Patrum doctrinæ contrarium, aut pijs, boniſque fidelium moribus detrahens: Qua de re approbo, vtq; typis excudatur dignum, valdeq; vtile malignorum ſpirituum flagellatoribus laudo.

D. Theodoſius Zazzarus Præpoſitus qui ſupra.

Locus ✠ ſigilli.

Imprimatur

Digitized by Google

Imprimatur
F. Herculanus Bartellius Vicarius Sancti Officij Perusini.

Imprimatur
Io: Nicolaus Leontius Theologus pro Reuerendissimo Episcopo.

Digitized by Google

EPYGRAMMA.

BELLA per æthereos Campos sonuere Sequaces,
Dum petit æquari Bestia dira Deo:
Explicat hinc Michael Diuûm victricia Signa,
Hostis & antiqui perfida colla premit;
Infremit expulsus Cœlo, baccatur in Orbe,
Persequitur homines, qui Deo obesse nequit.
Inclyta quis valeat tanto Hosti indicere bella?
Quo Duce? quem Michael Terra pusilla promet?
Tu pie Vbalde petis, veluti nouus Aliger Hostem:
Dispulit ille Polo, Dijcis ipse solo.
Latus adesto tuis ergo: defende benignus
Artus, quos gaudens Gens Vgubina colit.

DE

De
S. VBALDO
EPISCOPO EVGVBINO
CAN. REG. LAT.

CAndida Palladÿ, quod fertur, parma Coloſſi
Anguineum potuit iam ſuperare caput.
Candida ſic ſtigio Eugubium ſeruabit ab orco
Patris Vbaldi mens intemerata ſui.

De Eodem.

IMpia qui patriæ compreſſit prælia motus
Dæmonis auertet flammea tela ferit.

De Eodem.

QVi chartis oculos, vana quam paſcere forma
Maluit, hic ſuperûm paſcet amore ſuos.

SO-

Digitized by Google

SONETTO

In lode

DI S. VBALDO VESCOVO DI GVBBIO ET CAN. REGOL. LATERA.

SACRO Paſtore, à cui ſupremo honore
Fanno mai ſempre i bei giri lucenti;
Ch'ogn'atra nube da noſtre egre menti
Sgõbrate, e'l vil, co'l voſtro almo ſplendore,

Chi fia, che di voi mai lodi il valore,
Che più non ſi conuengha? quali accenti
Cantar potran voſtre virtù ardenti,
Che vi rendon ſi degno à tutte l'hore?

S'ode là ve il Sol naſce, oue tramonta,
Del chiaro nome voſtro riſuonare,
L'alta fama immortal, ch al mondo hauete;

E vegg'io ch'a lodarui, ogn'alma è pronta,
Mà qual dono maggior vi ſi pò dare
Se vn'altro don di Dio, voi ſteſſo ſete?

Can-

Digitized by Google

CANZONE

Al Glorioso

SANTO VBALDO
VESCOVO DI GVBBIO
CANONICO REGO. LATERA.

PADRE *Vbaldo che siedi*
Sù nè i supremi scanni,
Al Rè del Ciel vicino, e noi qui vedi
Miseri inuolti in mille, e mille affanni:
E per qualunque mente ch'à te pia
Le sua ginocchia pieghi,
Tu sempre con Maria,
Caldi à Dio porgi, e affettuosi preghi,
Onde rimedio impetri, a nostri danni;
Deh'vn stil leggiadro, & alto
Donami, mentre il tuo gran nome essalto.

Ma come potrò mai
Quelle tue degne lodi,
Si glorioſe, e quei fulgenti rai
D'immortal nome, onde tù eterno godi,
Con questo ingegno human pingere in carte?

Padre

Digitized by Google

Padre s'alla tua gloria
Ogni suo ingegno, l'arte
Perde, ben ch'ogni historia,
Opri in lodarti diffusati modi?
Ahi lasso ben vegg'io
Ch'è disugual la Forza al pensier mio.

Poiche solo ombreggiando
Delle tue doti sole,
Con cui la Chiesa Santa hora illustrando,
Splende fra chiare stelle, un vivo sole,
Dirò parte di quel ch'à te conviensi:
Mà pur per honorarti,
(Ben ch'io sempre dispensi
Molt'hore per lodarti)
Povero è di concetti e di parole;
Di te canterò sempre,
Mentre m'aggireran l'humane tempre.

Tu da primi anni il Mondo,
Si falso e pien d'errori,
Che l'huom rubello à Dio tira al profondo;
Fuggittiuo abborristi, e quegli ardori,
Ch'ardon mai sempre, in questo mortal velo:
E ogni alma che Dio diede,
Per ritornarla al cielo,
Tu con spirto, e con fede,
Cercasti hauerla con paterni amori:

Digitized by Google

Onde nel terreo nido,
Famoso viui, e in ciel ne sale il grido.

Con voglie Sante, e pronte,
Festi à tua Madre, vn giorno
(Fauorito da Dio) sorgere vn Fonte,
Ch'à lei la sete estinse, e a gli altri intorno:
E di Verginità facendo à Dio,
Voto, Fanciullo ancora,
Tua mente, e tuo desio
Lieto gli offristi all'hora,
Per fuggir del peccato ogni empio scorno;
Poi per hauer più honesti
Pensieri, al Clerical stato ti desti.

Preso vn fido conforto
Di te l'alma s'elesse
Cauto Nocchier, di ritrouarsi a vn Porto,
Onde per gire al Ciel la via prendesse:
E là per tuo voler ti consacrasti
A Dio, ma nel partire,
De i riti che portasti
(Che douesti obbedire)
Mentre il libro smarristi, e sotto à spesse
Pioggie del Ciel vedesti,
(Per miracolo asciutto) il raccogliesti.

Digitized by Google

Padre ci fosti guida,
Per farne al Ciel salire,
Quando à quella infernal, perfida, e infida
Maga, che suol, con falso vel mentire,
Detta Ambition dal ben viuer lontana
Tu all'hor con mente giusta,
A questa cieca, e vana,
(Mentre Perugia Augusta
Di farti suo Pastore, bauea desire:)
T'opponesti con fermi,
Pensier, di star frà luoghi inculti ed'hermi.

E mentre fosti in terra,
A Dio sempre mostrasti,
Con spirto pio, contro à lasciua guerra,
Puro core, opre sante, e pensier casti:
Poi per voler diuin V escouo eletto
D'V ggubbio, Tu qual padre
A tuoi figli diletto,
Da le nemiche squadre
Sempre lo salui, e diffensor t'armasti,
Quando due volte solo,
Lontan fuggir festi il nemico stuolo.

Co'l glorioso segno,
Che splende in Paradiso,
Placasti à l'ira, & al furor lo sdegno,
Di chi bauea contro à tuoi già volto il viso:

Digitized by Google

E per virtù di Dio, ch'in te possiedi,
Quel Rè (pien di terrore,
De Nemici) à tuoi piedi
Prostrossi, e del suo errore,
Perdon ti chiese, e tu che si conquiso,
Quel crudo all'hor mirassi,
Del suo fallo assoluesti, e l'abbracciassi.

Gran pätientia quella
Fù, quando humiltà vinse,
(Co'l perdonar) quell'alma à Dio rubella,
Di quel che in loro vil, Padre ti spinse:
E à quei, che baueano in cor di vendicarsi,
Per farne vn degno acquisto,
Di lor l'ira fermarsi,
Si vidde, e tù con Christo,
(Che l'empia fiamma del vil'odio estinse)
Scorta fossi à tuoi figli,
Per trargli al fin da gl'infernai perigli.

D'vn nouo Curtio porti
Nome, poscia ch'intrassi
Fra ignude spade, e tra feriti, e morti
De'tuoi, onde al furor l'ira frenassi:
E all'hora, per miracolo stupendo,
Fù il ciuil'odio vinto,
Quando in terra cadendo,
Ogn'vn crederti estinto

Di

Di vita, e i Cittadini tuoi saluasti;
Talche di te se n'ode,
Immortal fama, e glorioſa lode.

O Padre veramente
A noi tuoi figli pio,
Padre degno del ciel, Padre clemente
Qui à noi per noſtro ben ſceſo da Dio:
Da te grand'opre con fama verace,
Furo in terra operate.
Tu amator di pace,
Con Zel, con caritade,
A miſeri moſtraſti almo deſio
Con tua bontà infinita
Porgerli ſempremai ſoccorſo, o aita.

A i ſegni manifeſti,
Ch'aſordi l'aſcoltare
A Zoppi, à Morti, à Ciechi, e à Muti deſti
L'andar, la vita, il lume, e'l ragionare.
Padre beato, opre ſi degne ſono,
Che ad onta de l'Inferno
Di te ſe n'ode vn ſuono,
Nel mondo quaſi eterno;
Ma l'alma gloria tua, fra quelle chiare
Opre Sante del Cielo,
Splenderà eterna, nel tuo immortal velo;

Digitized by Google

Parmi che sempre gridi
Entro à quel Tempio diuo
(Contro ai Tartarei Spirti) Itene à i nidi
Vostri di pene, e di perpetuo pianto;
Itene maledetti a gli atri regni
Fra quei tormenti acerbi
A vostri merti degni.
Ite empi, ite superbi,
Con l'infamia, che in Ciel v'oppresse tanto;
Si che sol co'l tuo dire,
Padre, il Demonio vinci, e'l fai fuggire.

Sono infiniti i merti
Di te Padre, e'l valore.
Glorioso ti mostri à i voti offerti,
Onde alla Patria tua giubila il core;
E per si ricco, e singolar thesoro
D'vn'alma gloria vera,
Entr'a le gemme, e l'oro
Spregia, e gioisce altera,
Fra tante al mondo, in trionfale honore:
Mercè del'opre sole
Tue che dan gloria al ciel, splendore al sole.

Canzon sopra d'vn colle,
In solitario loco,
Nata d'amore, e di celeste foco
Al Glorioso Vbaldo humile andrai,

E riue-

Digitized by Google

E riuerentemente gli dirai;
Sacro Paſtore, vn che t'adora, e cole;
A tua gloria cantò queſte parole.

Digitized by Google



Digitized by Google

TRACTATVS DE QVIBVS Exorciſta debet aduertere antequam ad rem Sanctam ingrediatur,

Per Admodum R. P. D. Carolum Oliuerium Vicentinum Canonicum Regularem Laterānenſem Concionatorem, Ord. S. Auguſtini, & Exorciſtam in Eccleſia Sancti Vbaldi de Eugubio.

Cap. I.

EXORCIZARE Dæmones, & liberare vexatos, & maleficiatos eſt maximę conſiderationis, & laboris: & per conſequens magni meriti; Ideo Sacerdos volens liberare energumenum principaliter debet attendere circa perſonam ſuam ad tria.

Primo

Digitized by Google

Fides regnitur in Exorciſtis. Primo vt habeat fidem indubitatam de myſterijs fidei Catholicæ, & de myſterijs Ieſu Chriſti, miraculorum nanque operatio & aſcribitur fidei, & fidei conuenit etiam cum morum prauitate, non autem e contrario bonis moribus cum fide peruerſa, quia nemo quantumcunque iuſte viuens, ſi decredat quodquam eorum, quæ fidei sũt, poteſt aliquod diuinum opus peragere, niſi vtatur aliquo iſtrumento rectæ fidei, puta Chriſti nomen inuocando, vel quid ſimile. Fidem autem efficacẽ acquiret principaliter quidem orando, deinde vero legendo, quod declarat Dominus in Euang. Math. 17. qui reſpondens diſcipulis ſuis perquirentibus quare à iuuene quodam nõ potuiſſent Dæmonium eijcere? ait propter incredulitatem veſtram.

Miraculorũ operatio attribuitur fidei, & fidei conuenit.

Math. cap. 17.

Exorciſta debet habere puritatẽ conſcientiæ, Secundo attendere debet, vt puritatem habeat conſcientiæ per veram contritionem, & purã confeſſionem; primo

primo quidem licet expellat Dæmones per Sacerdotalem potestatem, & orando in persona Ecclesiæ, efficacior tamen est oratio eius, quando ex parte sui munda est; quia efficaciam habet & ex parte Ecclesiæ, & ex parte Sacerdotis, qui dignus est per se ipsum audiri à Deo tanquã Dei amicus: vnde interdum iusti expellunt spiritus, quos Sacerdotes expellere nequaquam possunt. Secundo quia peccata, quę per veram pœnitentiam fuerũt à Deo dimissa tecta sunt Diabolo, nec illa potest obijcere animæ (experientia teste) coactus diuina potentia, & maxime quando Sacerdos imperat illi silentium; quando vero non est dimissum à Deo peccatum, Dæmones, qui (exceptis cogitationibus cordiũ) omnia cognoscũt, vt possint compescere Sacerdotes ab adiuratione, confusione, & pudore, illis tam vera, quam falsa crimina obijciunt, & ne tali de causa Exorcistæ

quia ait S. Augustin. qui vult expellere in mũdum debet esse mundũ.

Iusti non Sacerdotes aliquãdo expellunt Dæmones quos Sacerdotes expellere nequeunt.

Peccata per pœnitẽtiam dimissa tecta sũt Diabolo.

Dæmones omnia norunt præter cogitationes cordis.

Astutia Dæmonũ cõtra Exorcistas.

Digitized by Google

ſæ deſiſtant à tanto negotio, Deus haud ralē permittit Dæmonibus auctoritatem.

Humilis debet eſſe Exorciſta.

Tertio attendere debet, vt habeat humilitatem profundiſſimam, nō ſolum vt cognoſcat ſe nihil eſſe, vel poſſe, ſed etiam vt nullam pœnitus ſcintillā gloriæ hac de re velit apud homines, ſed de omnipotentis Dei honore, & animarum benefitio lætetur dumtaxat, ne perdat meritum, & incurrat culpam; facilius nanque fugantur Dęmones humilitate, cuius odorem ſufferre non poſſunt, & facilius Deus omnipotens humilibus dona largitur, & gratiam, qui eis bene, & ordinate vtuntur, propter quod Sacerdos fidelis, & à peccato mortali exemptus per cōtritionem, & confeſſionem legitimam cum tāta ſecuritate poteſt Diabolum aggredi, ac ſi cum hiſtrione iocandum illi eſſet, & pugnam cum Diabolo ſolatio ſibi deprædendat; Fide tamen puritate, & hu-

Exorciſta de bet cauere à motibus vanæ gloriæ.

Dæmones per humilitatem fugiunt.

Exorciſta immunis à peccato conſtanter poteſt aggredi Diabolum.

Digitized by Google

& humilitate sit armatus, & videbit mirabilia Dei per semetipsum. Moneatur obsessus, vt omnes suas tentationes Exorcistæ patefaciat.

Cap. II.

CIRCA personam obsessam in multis attendere debet Exorcista.

Obsessus debet mundare conscientiam suam.

Primo vt diligenter suam conscientiam expurget, tum quia orantes pro illa Deus facilius exaudiet, tum quia obsessio frequenter solet esse pro culpis, licet plerũque sit sine culpa: sic Beatus Dominicus Sanctimonialem fœminã prius à se liberatam, iterum, ea consentiente, Satanæ corporaliter subiugauit, quia libera ab illo periculosius tentabatur. Imo aliquando viri religiosissimi patiuntur Angelum Satanæ colaphizãtem corporaliter. Varijs etiam de causis Dæmones ingrediuntur humana corpora,

B. Dominicus Sanctimonialem à se liberatã iterum subiugauit Satanæ ea cõsentiente quare.

Quare Dæmones ingrediantur humana corpora.

Digitized by Google

pora, & Deus permittit vt quis maleficijs vexetur, ad maiorem cumulum meritorum: quandoque propter peccatum veniale alterius: non nunquam propter peccatum veniale proprium: alias propter peccatum mortale alterius: aliquãdo propter peccatum mortale propriũ, aut propter occultum Dei iudiciũ. Hoc tamen scire debemus, quod Diabolus non potest ingredi corpus humanum nisi à Deo permittatur, siue cum factura, siue ex paura (vt vulgus dicit) & sine permissione Dei Dæmones non possunt nocere creaturæ in aliqua parte, etiam si minima sit, etiam si in corpore sint, & hoc patet in persona S. Iob.

Secundo obsessa oret frequenter Deum, dicẽs se velle subijci eius voluntati, rogetq; vt liberetur à spiritibus suæ maiestati rebellantibus.

Exorcista debet cognoscere an creatura sit vere obsessa.

Tertio Exorcista cognoscat an creatura sit vere obsessa à Diabolo, vel fingat,

Digitized by Google

fingat, aut sit mente capta, quia fatigari posset inaniter.

Cognoscet autem ibi esse Spiritũ, quando audiet obsessam loqui, aut cognoscere ea, quæ alias loqui, aut scire nequiuisset, puta aliqua distantia, vel occulta.

Cognoscet vero probabiliter, quãdo videbit offensum sub manu sua tremere, ad sacra verba, aut torsiones, dolores, motus, vel furores insolitos, & repentinos facere, aut horrere, & diuina detestari, puta Sacramenta, & maxime confessionis, & Eucharistiæ, & nomina Sanctorum, & Orationes diuinas. *Modus cognoscẽdi obsessos.*

Videbit insuper Dęmoniacos plorantes, & nescientes quid plorent.

Si cum ira, & indignatione, & contentione respondebit interrogantibus præter consuetudinem suam.

Quandoque coactus ad loquendum, non vult loqui.

Si dentes claudat, & nolit comedere.

Mul-

Digitized by Google

Multa si dixerit, ex quibus minime dignoscatur, quid innuere velit.

Remanet tanquam sensibus destitutus.

Semetipsum pugnis percutit, vestes lacerat, & capillos.

Terrore repentino afficitur, & cõfestim terror ille recedit.

Diuersorum animalium voceş imitatur.

Stridet dentibus, aliqua signa ostendit tanquam rabidus canis.

Multoties videbis illum se præcipitijsexponentem.

Discurrit aliquando per corpus illius vapor igneus, vel glacialis.

Sentit per corpus signa tanquam formicas discurrentes, ranas saltantes, viperas serpentes, pisces natantes, muscas volantes, & similia.

Varia præter naturam à Dęmoniacis videntur, & audiuntur.

Sentiunt sub manu sacra capiti superposita, vel ex sacra lectione, quid frigi-

Digitized by Google

frigidiſſimum, vel calidiſſimum, vel graue.

Clamant, cum aliquas Sanctorum reliquias capiti ſuperponas, quamuis occulte, & dicunt, auferte has à me, quoniam male olent, vel ſunt graues, aut contra miniſtrum, vel aſtantes ſe ſe iratos oſtendunt, & ſimilia.

Omnia ſpiritualia odio habent, à facie Sacerdotum, & præcipue Exorciſtarum fugiunt. Nolunt in Eccleſiam ingredi, & ſi ingrediuntur, fugiunt: vel coronæ, vel librorum ſpiritualium tædet, cuncta benedicta, Sanctorumq; imagines inſpicere nolunt, nec oſculari, immo proijciunt, & in hæc omnia conſpuunt.

Sacra verba proferre negligunt, & ſi ea pronunciauerint ſtudent balbutire, vel verba corrumpunt, tedium graue demonſtrantes.

Cum Euangelia, Exorciſmos, Paſſionem Chriſti, & ſimilia legeris Dęmoniacis, & ipſi conturbabuntur,

Digitized by Google

prosternent se, & alios actus inordinatos fecerint.

Secreta manifestant, interpretantur difficilia, loquuntur lingua latina, cum idiotæ sint, & similia.

Aduertendum tamen est, quod hæc signa possunt etiam esse in maleficiato.

Signa maleficiati.

Maleficiati cibos pessimos appetunt, & super cibis substantialibus stomacantur.

Cibum sumptum retinere nō possunt à continuo vomitu molestati.

Sentiunt nonnulli bolum à stomaco sæpe ascendens ad guttur, quod euomere videntur, & tamen ad pristinum locum descendit.

Alij frequentem pulsationem in collo, vel dolorem in renibus sentiunt.

Quandoq; aliquibus in ore ventriculi morsus accidit.

Quibusdam sæpe fiunt syncope, & præcipue vna, & eadem hora.

Aliqui

Digitized by Google

Aliqui habent ligatam venam generationis.

Alij semper sunt indigesti, sentiuntq; onus graue in stomacho.

Aliquibus præter naturam ineſt continuus dolor in capite, vel cerebro, quare videntur grauari, perfrangi, & perforari.

Maleficiati ita cor affligitur, vt videatur lacerari à canibus, à serpentibus morderi, vel clauo, seu acu transfigi, constringi, suffocari.

Nonnullis accidunt subitanei dolores frequentes, quos dum nesciunt exprimere, emittunt clamores, & quandoq; ab ijsdem doloribus interficiuntur.

Alijs extenuatur corpus, & ad nihilum redigitur.

Aliquando membra videntur flagellata, constricta, & lacerata.

Nonnullis viscera torquentur, & venter valde, ac repentine inflatur, aut per interna, ac si essent vacua

Digitized by Google

discurrit ventus.

Grauantur multi maleficiati ab humore malancholico, quorum alij infirmantur, vt ne loqui, nec cum hominibus conuersari velint.

Signum etiam est maleficij quando medicamenta applicata, maleficiatos non iuuant.

Concurrunt tandem diuersi effectus, & signa secundum intentionem maleficij, vnde non mirum, si maleficiati quandoq; cedrinum habeant colorem.

Difficilis est cognitio an quis sit maleficiatus, vel tantum vexatus sine factura.

Verum supradicta accidentia aliquando reperiuntur in infirmitatibus naturalibus, quare difficilis est cognitio; ideo Exorcista sit prudens, & de iltis supradictis accidentibus etiã concurrunt in vexato à Diabolo tantum sine factura, & propterea difficilis est cognitio, an aliquis sit vexatus tantum, an sit vexatus cum factura, quia etsi inuenientur aliquæ facturæ in lectis, vel obsessus euomet,

Diabolus introducit facturas.

non

Digitized by Google

nō propter hoc affirmatiuè possumus dicere, facturam esse, quia istæ res siue sint in corpore, siue in lectis ipsas potest Diabolus introducere ex se sine factura, vel pacto cum malefico, & circa hoc sum expertus miranda. ideo Sacerdos sit cautus in iudicando, quia sæpe sicut Sacerdos credit, vel parentes, statim Diabolus facit ipsos effectus quos credunt parentes, & Sacerdos, vt practicando sæpissimæ vidi. Sæpe Dæmones dicunt esse in corpore per facturam, & non est verum, sed hoc dicunt, vt dent infamiam alicui, & si Sacerdos credit, statim Diabolus facit effectus facturæ.

Maxima Dæmonis astutia.

Aliqui dicunt, quod interdum infirmitas maleficialis sit infirmitas naturalis, & quod spiritus sunt egressi, & quod talis persona est libera. quare dico, quod quando obsessa est realiter libera, non habebit solitos illos dolores, quos prius habebat, & si

Digitized by Google

iterum exorcizes, manifestabitur spiritus ibi esse, aut personaliter, aut potestatiuè, & creaturam non esse liberam. quod si libera realiter esset, se bene haberet; & non credo maleficialem infirmitatem fieri naturalem, & circa hoc vidi miranda, & est fallacia Diaboli, qui hoc persuadet, ne exorcizetur.

Infirmitas facta à Diabolo non fit naturalis.

Dæmones dicant facturam esse renouatam.

Aliquando Dæmones nocent obsesso, & postea dicunt esse facturam renouatam, & licet aliquando possit esse verum, non tamen semper est, sed Dæmones hoc dicunt, vt obsessus in fine deficiat, & desperet de liberatione, videns quod factura de nouo fit, & hæc est fallacia Dæmonis. Circa obsessum per facturam, & obsessum sine factura quoad liberationē vtriusq; dico non esse differentiam, & per facturam non reddi difficiliorem liberationem; quia quando quis liberatur siue cum factura, siue sine factura sit, Deus est qui liberat, & Deus omnia

In liberādo maleficiatos & obsessos sine factura non est differētia quia Deo nihil est difficile.

Digitized by Google

omnia poteſt, ergo in liberatione tam maleficiati, quam vexati tantum à Dæmone non erit differentia, quod experientia docet, & ego noſci ſpiritus, qui ſunt in maleficiato, & ſpiritus, qui ſunt in obſeſſo ſine factura, qui omnes ſunt ſpiritus, & eos ejicere non poſſumus ſine auxilio Dei, cui nihil eſt difficile, & Deo omnia ſunt poſſibilia, quia eſt Dominus omniũ: ergo nõ erit differentia in liberatione maleficiati, & vexati ſine factura, quod practicando apertè videtur. Laudo propter bonas cauſas ne inter obſeſſos ſit nimia familiaritas, ſæpe enim Dæmones aſcendunt.

Cap. III.

Ad liberationem obſeſſi medicinæ non ſunt neceſſariæ.

IN hoc meo libro non erit ſermo de medicinis, quia eas iudico non eſſe neceſſarias ad liberationem obſeſſi, ænergumenis, vel quid ſimile patientis, quia Ieſus Chriſtus, qui

Digitized by Google

nos in Euangelio docuit verum modum, quem tenere debemus in liberatione vexati, vel ænergumenis, eas non docuit: ergo non sunt necessariæ, & si essent necessariæ, eas docuisset. In Euangelio docet, dicens. In nomine meo Dæmonia eijcient. Mar. 16. & alibi. Hoc genus Dæmoniorum nõ eijcitur nisi in oratione, & ieiunio Mar. 9. & Luc. 9. Dedit illis virtutem super omnia Dæmonia. Aliũ modum Christus non docuit. Aliqui dicunt, quod per medicinas aliqui liberati sunt. dico, quod hi non debebant esse vexati à spiritibus, nec erant maleficiati; sed credo, quod essent creaturæ amentes, vel debebant fingere, vt ego sæpe vidi, vel debebant esse humores matricales, & huiusmodi est infirmitas naturalis non cognita ab Exorcista, & sic medicina ad sanitatem restituit illum infirmũ; & etiam si esset infirmitas Diaboli, dico quod Diabolus finxit, vt credatur creatura

Mar. cap. 16.

Per verbum Dei eijciunt Dæmones et fallura.

per

Digitized by Google

per medicinam esse liberata, ne veniatur ad verum remedium, quod Christus docuit, & Diabolus multum odio habet, coniurationem; & quærit omnia, quæ potest, vt non veniatur ad exorcizationem, quę nocet ei, illumq; eijcit. ergo per verbum Dei solum sine medicinis eijciuntur Dæmonia, & facturæ annichilantur, vt expertus sum, quia sola exorcizatio facit euomere pilos, clauos, ossa, acus, lapides, & similia, ergo medicinæ non sunt necessariæ. Tandem dico, quod Sacerdotes, vel Exorcistæ non possunt dare medicinas obsessis, nec consulere, quia in nouo Rituali iussu Pauli V. edito prohibētur Exorcistæ, & Sacerdotes eas dare vexatis: etiam si Viadana dicat, quod sunt multi, qui volunt medicinas dari obsessis, & propter hoc videatur eas concedere, tamen quando ipse, & alij hoc dixerunt, nondum prodierat in lucem nouus hic Ritualis.

Diabolus quærit omnia vt non exorcizentur.

Verbū Dei Dæmones expellit, & facturas sine medicinis.

Aliqui

Digitized by Google

Aliqui Exorciſtæ dabant medicinas, ſed in primis habebant conſenſum à medico, qui conſiderabat medicinã, creaturam obſeſſam,& illius complexionem, & poſtea concedebat; nunc vero, vt dictum eſt in nouo Rituali id prohibetur, dum dicitur, quod Exorciſta, vel Sacerdos non poteſt dare medicinas obſeſſis, nec conſulere, & ſanctiſſimè hoc factus; quia multi Sacerdotes incurrebant in irregularitatem, dum per medicinam multi obſeſſi incurrebãt periculum vitæ, multi ex hac vita migrabant. Faciant ergo Exorciſtę, quod docet Chriſtus. In nomine meo Dæmonia eijcient, & hoc eſt verum remedium,& vera medicina, & melior modus, & relinquant medicinas medicis, quia naturalia,& corporea agere non poſſunt in ſpiritũ, niſi forte per ſignificatum, vt fit defunctis per incenſum benedictum, qui ſignificat orationem, & eſt ceremonia Sanctæ Matris Eccleſiæ, & donum

Digitized by Google

& donum Christo à Magis oblatum. & similia.

Cap. IV.

CIRCA personam vero obsidentem scilicet Diabolum multis modis agi, & congredi potest, primo quidem rebus quibusdam exterioribus significatiuis, & benedictis, vt aqua benedicta, sulphure benedicto cum moderamine tamen, ne obsessus patiatur, incenso benedicto, ruta, & his similibus omnibus benedictis; quia quæ fiunt circa corpora obsessa Diabolus accipit facta in sui despectum, & præsertim quando sunt irrisiua: afflictiua vero, fœtida, amara, & huiusmodi afflictiuorum illi ingerunt memoriam, sicut sulphur cum igne monumẽtum est carceris infernalis; ruta amaræ Passionis Christi, & Sanctæ Crucis, cuius formam in omni sua parte ruta prætendit, & incensum

Sulphur, thus, ruta, & similia, quare Diabolus quãdoq; timeat.

Digitized by Google

censum in igne orationes figurat ex charitate progredientes. Exorcista debet aduertere, ne offendat creaturam obsessam istis cum rebus exterioribus, quia ista exteriora tantum nocent Diabolo, quãtum sunt significatiua, non autem vt res sensibiles, & naturales. debet etiam omnia obsesso benedicere, vt cibaria, domos, vestes, & similia, necnon sæpe ipsum obsessum. Quantum potest Diabolũ irritare opprobrijs, iniurijs, & modis omnibus, quibus honeste potest, quæ omnia ille malo animo perfert, tanquam in sui dedecus. Secundum est, quod precepta Sacerdotis Diabolo, vt discedat, sunt quidem vt præcepta Dei, quia ex persona Dei sunt prolata, quibus Diabolus statim, ac subito cederet, si Deus vellet vti sua omnipotenti virtute, quod non semper facit, sed plerumque finit illum in sua voluntate velit obedire necne, sicut & homines quibus Deus aliqua præcipit,

Exorcista debet benedicere omnia obsessi.

Sacerdos debet irritare Diabolum obprobrijs.

Præcepta Sacerdotis Diabolo vt discedat sũt præcepta Dei.

Digitized by Google

præcipit: regulariter namque Deus omnia mouet secundum modũ suum, rationalia scilicet cum libertate; sed tamen sicut hominibus adhibet stimulos ad præstandam obedientiam per prædicatores, aduersitates, & huiusmodi: ita etiam malignis spiritibus adhibet stimulos vrgentes ad suã obediẽtiam, qui sunt exorcismi, quibus Dæmones ita spiritualiter cruciantur, sicut homines verberibus corporalibus, & similiter ad hoc conferunt verba irrisiua, quibus prouocatur superbus Dæmon, vt ab eo loco discedat, vbi percutitur à Deo, & ab hominibus irridetur. Vnde ad expellẽdum quidam sunt alijs duriores, quia ad sustinenda opprobria, & verba diuina contemnenda fortiores sunt; si tamen finaliter non cedunt vim coactiuam Deus adhibet, quando iudicat opportunũ, imo ipse Deus noster, qui Sacerdotibus, & fidelibus dedit potestatem Dæmones adiurãdi interdum

Diaboli per Exorcismos multũ cruciatur.

Per verba irrisiua Diabolus prouocatur ad discessum.

Si Diabolus nõ discedit Deus vim coactiuam adhibet.

Digitized by Google

Deus interdū à nostra obedientia eximit Diabolum.

interdum eos à nostra eximit obedietia ex occulta causa, sicut aliquādo non vult, quod adiurati nomen suum manifestent, propterea quod nō bene sonat, vel quod non respondeāt ad interrogata, quia non expedit.

Quæstum.

Sed contra prædicta est illud epistolę Iudæ vbi cum Diabolus altercaretur cum Michaële Archangelo de corpore Moysis, quia scilicet Diabolus volebat illud esse publicum, vt in idolatriam rueret Populus Hæbreus, qui ad illam pronus erat: contra vero Michaël hoc nolebat, non tamen Diabolum blasphemare ausus est, sed cū modestia dixit imperet tibi Deus Satan; ergo videtur, quod non liceat Diabolum opprobrijs vrgere. Ad hoc

Solutio.

dico quod Diabolum licet blasphemare, idest maledicere quantum ad culpam, non quantum ad naturam, quæ bona est secundum S. Tho. 2. 2. q. 76. licet autem eum maledicere in bona voluntate, idest ex charitate, & amore

Digitized by Google

& amore Dei, cui rebellat, & similiter propter bonum proximi iniuste obsessi: & ideo quantum est ex parte Satanæ licet inferre illi verba contumeliæ; quia si licet à proximo propulsare iniuriam factis percutiendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, licet etiam verbis, quæ si non sufficiunt moderata, exageranda sunt. Vnde Beatus Martinus videns in sua morte Diabolum astantem appellauit eum bestiam cruentam, vt eum fugaret. & Christus eum appellauit surdum, & mutum, & ipse Michaël appellauit Satan, idest aduersarium.

Vrgẽdæ sunt igitur opprobrijs istę bestiæ infernales, quia tanquam superbi citissime cedunt.

Vtitur quibusdam verbis ex persona Dei Diabolum constringendo, adiurando, & anathematizando quorum quædam continentur in exorcismis, quæ subiungam, sed Sacerdos poteſt ea tute, & secure proferre,

quædam

Digitized by Google

quædam vero oportet interdum propter nouos casus super addere, de aliquibus inquirendo. in qua re Sacerdos faciliter offendere potest Diuinam Maiestatem non solum per curiositatem, sed etiam per superstitionem grauiter peccans: ideoq; de his oportet aliqua prælibare, vt norit Sacerdos quid, & qualiter licite possit interrogando præcipere. S. Thomas autem 2. 2. q. 90. art. 2. vbi an liceat Dæmones adiurare sic dicit. duplex est adiurandi modus, vnus per modum deprecationis, vel inductionis ob reuerentiam alicuius sacri: alius per modum compulsionis: primo modo non licet Dæmones adiurare, quia ille modus videtur ad quandam beneuolentiam, vel amicitiam pertinere, quibus non licet nobis ad Dæmones vti; secũdo autẽ modo aliqualiter licet, & quantum ad aliquid vti non licet: Dæmones enim in cursu huius vitæ constituti sunt nobis aduersarij,

Caueat Sacerdos ne offẽdat Deũ in interrogationibus facẽs Diabolo.

Quomodo Sacerdos possit Dæmones adiurare.

Dæmones in cursu huius vitæ constituti sũt nobis aduer-

eorum

Digitized by Google

eorum autem actus noſtræ diſpoſitioni non ſubduntur, ſed diuinæ & Sanctorum Angelorum; quia ſecundum Auguſtinum 3. de Trin. ſpiritus deſertor regitur per ſpiritum iuſtum; poſſumus ergo Dæmones adiurando per virtutem Diuini nominis, tãquam inimicos expellere, ne nobis noceant ſpiritualiter, vel corporaliter ſecundum poteſtatem diuinam datam à Chriſto ſecundum illud Lucæ 10. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit: non tamen licitum eſt eos adiurare ad aliquid ab eis ad diſcendum, vel etiã aliquid per eos obtinendum, quod faciũt negromãtici: quia hoc pertinet ad aliquam ſocietatem cum ipſis habendam; niſi forte ex ſpeciali inſtinctu, vel reuelatione diuina, ſicut aliqui Sancti ad aliquos effectus, Dæmonum operatione vſi ſunt, ſicut legitur de B. Iacobo,

Sarÿ nõ autem eorum actus noſtræ diſpoſitioni ſubduntur, ſed diuinæ, & Sanctorum Angelorum.

Spiritus deſertor regitur per ſpiritũ iuſtũ. Aug. 3. de Trinit.

Poteſtas data à Chriſto eĳciẽdi Dæmones, & facturas.

Non licet adiurare Dæmones ad aliquid ab eis obtinendum.

Digitized by Google

B. Iacobus fecit ad se adduci per Dæmones Hermogenē ex diuina reuelatione.

qui per Dęmones fecit ad se Hermogenem adduci. Quod aliquis autem adiurando Dęmones repellat, hoc est ab eorū societate recedere. Hæc ille. In eodem vero libro q 95 art.4. vbi quęrit vtrū diuinatio per inuocationes Dæmonum sit illicita, in corpore articuli tenet quod sit illicita ratione principij, quia procedit ex pacto expresso, vel tacito cum Diabolo, quod est illicitū; & ratione finis, quia semper Diabolus, etiam si verum respōdeat, intendit ad hoc assuefacere homines, vt ei credant; vt tandem noceat: deinde arguit sic primo loco: Christus nihil illicitum commisit: sed ipse interrogauit Dęmonē quod nomen illi esset, vt habetur Math. 5. ergo licet à Dæmonibus aliquid occultum interrogare, & respondere sic sicut dicit Beda Luc. 8. non velut inscius Dominus inquirit, sed confessa peste, quam tollerabat, virtus curātis gratior emicaret. Aliud est inquirere

Quæritur vtrum diuinatio sit licita.

Diabolus verū respōdens intendit, vt homines credāt & tandem vt noceat.

aliquid

aliquid à Dæmone ſpõte occurrente, quod quandoque licet propter vtilitatem aliorũ, maxime cũ diuina virtute poteſt compelli ad vera dicẽda, & aliud Dæmonem inuocare ad cognitionem occultorũ, inquirendo ab ipſo. Hæc ille. ex quibus verbis aliqua habetur manifeſte eſſe licita, & aliqua manifeſte illicita, aliqua vero implicite tantum. manifeſte enim licitum eſt primo Dæmones adiurare, ne nobis noceant, & intellige etiam ſocijs, quia charitas facit ſocios ſicut nos ipſos diligere; intellige etiam quod licite eos adiuramus quantum ad omnia, quę inquiruntur: quamquam conferentia ad hoc ne nobis, vel ſocijs noceant, vel à nobis, vel à ſocijs expellantur, ſicut quod dicant vtrum ſunt multi, vel pauci, & qua de cauſa sint ingreſſi, & qua hora, vel per quam perſonam ſunt expellendi, & quæ verba eos cruciant magis.

Inquirere à Dæmone aliquid ſpõte occurrẽte quandoqi licet propter vtilitatem aliorũ.

Aliqua in adiurando Dæmones ſunt licita aliqua vero illicita.

De quibus poſſit interrogari Dæmon.

Digitized by Google

Quod sit nomen Dæmonis, vel Dæmonum, quos habeat socios.

Quomodo vocetur eius vel eorum magister.

Sub qua potestate Dæmonum sint.

Qua de causa oprimant obsessum.

Si sit ligatus aliquo maleficio, & quomodo licite possit solui.

Quo maleficio detineatur in corpore, & vbi illud sit, an in corpore, vel extra.

Quare non discedat sine solutione maleficij, & relinquat liberum obsessum.

Quantum tẽporis habitauerit ibi.

Per quem Sanctum exire debeat.

Qui sint magis sui inimici in Cælo, & in Inferno.

Quale signum dabit in exitu suo.

Quare non recedat.

Perquires etiam conditiones Dæmonis.

Si dixerit se velle exire; præcipe quod totam suam societatem secum ducat

Digitized by Google

ducat, & nunquam accedat ad illam creaturam, nec mittat alios Dæmones vice sua.

Quærat veritatem à Dæmonibus iuramento.

Quærat quomodo expelli possint in virtute Dei.

Quis sit illorum Dux.

De quo ordine fuerint in Cælo.

Quibus verbis magis affligantur, vel vexentur Dæmones.

Quod peccatum dominentur, vel super quod vitium regnent.

De impedimentis, quibus detineantur in obsesso.

Quæ astutia sua facere sunt soliti Dæmones.

Si aliquo impedimento detineantur, & qua die sint egressuri: & similia.

Quãdocumque ex suo genere non sunt illicita, & si ad finem licitum ordinetur, nunquam sunt illicita.

Interrogare autem Dæmonem de

Digitized by Google

se non est illicitum, nisi superaddantur subiectio, vel amicitia ad illum.

Expellere etiam dæmonem de se est licitum: ergo quoties sine subiectione, & amicitia interrogatur ad hunc finem, vt expellatur, hoc illicitum non erit, sed dicatur quod quãdo interrogatur de ignoto, est cum amicitia; quia interrogatur ad sciendum; dico quod ad amicitiam eius pertinet interrogare ad sciendum, quando ipsum scire quæritur vel propter se, vel propter aliud de quo nihil ad Dæmones comprimendos: sed quando ordinatur ad eorum expulsionem, interrogare ad sciendum non pertinet ad amicitiam, sed ad inimicitiam eorum: vnde Sancti leguntur frequenter sic interrogasse de ignotis, vt de causa obsessionis, de modis tentandi, & huiusmodi.

Manifeste illicitum est vti Dæmonum auxilio ad aliquid aut sciẽdum, aut faciendum deprecando explicite

ideſt

Digitized by Google

ideſt illos inuocando, vel implicite ideſt faciendo aliqua ſuperſtitioſa.

Illicitum ſimiliter eſt vti eorum auxilio ad ſciendum aliquid occulti, vel ad aliquid faciendum, etiam præcipiendo eis, niſi hoc ad hunc finem ordinetur, ne noceant nobis, vt dictũ. Vnde licitum eſt ex parte Chriſti præcipere Lucifero, & alijs poteſtatibus inferioribus, vt dæmones nobis contumaces, & inobedientes excrucient in Inferno, & ſpiritui principali in corpore obſeſſo; quod ſecum totam ſuam ſocietatem educat, quia etiam iſta non ad amicitiam, ſed ad inimicitiam Dæmonum pertinent. Nam licet inter ſe habeant inimicitiam, & pugnas, vt dicit S. Tho. propter quod vnus alium ad imperium noſtrum interdum libenter caſtigat; tamen in nocendo hominibus omnes ſunt concordes, & qui vnum expellit perfecte ab homine, ideſt de corpore, & de corde, ſiue de anima ſaltem

Aliqui Sancti interrogauerũt Dæmonem de ignotis.

Quomodo poſſit Sacerdos interrogare Dæmonem de ignotis.

Quomodo Sacerdos præcipiat Dæmonibus vt crucientur in inferno Dæmones nobis inobedientes.

An ſpiritus malus poſſit aliũ caſtigare.

In nocendo nobis Dæmones ſunt concordes.

Digitized by Google

quantum ad multa opera bona, quæ impediebat omnes offendit, sed minus illum, qui de spiritu sibi inimico supplicia sumit ex licentia, vel imperio Sacerdotis, quia in hoc ipse gaudet, atq; lætatur.

An de aliquibus liceat interrogare Dæmonem.

Quædam autem sunt dubia vtrum liceant nec ne, & ista sunt in duplici genere, quædam enim sunt, quæ nos quidem scimus per Sacram Scripturam, vel aliter, sed inquirimus à Dæmone præcipiendo, non vt sciamus ab eo, sed vt sciamus an ipse illa sciat: sicuti, si quis quærat dicens quid cogito, vel quid ille mihi dixerit, vel similia: quædam vero sunt, quæ inquirimus non inuocando Dæmonem expresse, vel tacite, nec præcipiendo, sed eo sponte loquente, vel occurrente. Pro his autem sciendum est, quod aliquis nos docet dupliciter, primo sicut doctor, & sic nulli licet interrogare Diabolum, etiam sponte occurrentem, non adstrictum, nec coactum nisi

Digitized by Google

nisi eo fine, quo dictum est, quia id pertinet ad amicitiam cum eo, & ad aliquam subiectionem ad illum.

Alio modo quis nos docet sicut obiectum cognitum, vt docent nos res, quas vidimus, & isto modo addiscere à Dæmone est contemplari dictis, & factis illius, quod licitum est.

Dico ergo, quod licet interrogare præceptiue de his, quæ scimus, vt experientiam accipiamus de Diabolo, propter aliquod nostrum bonum, vel sociorum, quod non est vti eo, vt auxiliatore, sed vt obiecto cognito, maxime si hoc ordinatur ad nocumentum repellendum; quando vero S. Thom. videtur dicere quod sit licitum omnia interrogare à Dæmone sponte occurrente; dico quod si interrogatio non sit de ordinatis ad repellendum nocumentum, debeat intelligi cum tribus conditionibus, vel saltem duabus, quarum prima est, vt quod quærimus sciamus, sicut Chri-

stus

Digitized by Google

ſtus ſciebat nomen, de quo interrogabat. Quidam tamen dicunt, quod licet etiam de ignotis quærere, ſed fallitur: quia ſi licet ſcire incognita, non ordinata ad reprimendum Diabolicos impetus per Dæmonem ſpõte loquentem; licet à fortiori ſcire per eum coactum, cum ita ſit amicitia, & familiaritas minor: quod tamen S. Tho. vbiq; condemnat.

Secunda vt quæramus pro animarum ædificatione.

Tertia vt quærens poſſit Diabolum cogere ratione ordinis, vel aliter; ex his autem omnibus patet, quod Sacerdos exorcizãs Diabolum poteſt ex parte Dei omnipotẽtis eum adiurare coactiue.

Primo vt diſcedat ab obſeſſo.

Secundo vt nomen ſuum manifeſtet, quod facit ad illius expulsionem, eo quia efficaciores ſunt ſermones contra eum in quibus nominatim exprimitur, experientia teſte.

Tertio

Digitized by Google

Tertio vt manifestet quos habeat socios, & quibus nominibus vocentur; quia id etiam confert ad liberationem obsessi, cum interdum exeat vnus eorum, altero remanente.

Quarto vt dicat aliquod secretum, nobis tamen non ignotum, quod potest quæri ad ædificationem, vel ad experiendum an vere sit spiritus, qui loquitur nobiscum, & consequenter ad expellendum illum.

Quinto vt dicat causam sui ingressus, quia interdum est ibi ligatus ab alio Dæmone, vel pacto inito cum malefico; interdum est ibi pro aliquo peccato, cui per exortationes, & Sacramenta Dei medendum est.

Sexto quod ad honorem Dei, & proximorum ædificationem confiteatur aliquam fidei veritatem, vt mortuorum resurrectionem.

Septimo vt Deo omnipotenti reverentiam exhibeat, quia hoc non est habere pactum cum eo, neq; vti

eius

Digitized by Google

eius auxilio ad noſtrum bonum.

Licet interrogare Dæmonem de omnibus ad eius expulſionem non aliter.

Octauo interrogare de nomine Dæmonis, & de ſocijs, vt ſcribatur in carta, & comburatur in ſui deſpectum, quod non eſt habere illius amicitiam.

Vltimo licet generaliter interrogare de omnibus, quæ interrogans ordinat ad eius expulſionem ab obſeſſo, vel alio, aut ad repellendum omne eius nocumentum, vt ſi interroget an talis, vel talis perſona ſit obſeſſa, & quando, quomodo, & eadem ratione omnia, quæ interrogantur, vt cognoſcamus, & cauere ſciamus Dæmonum malitias: vt ſi quærat, quomodo tentet, vel quis ſit, qui talem, aut talem fecit effectum circa talem perſonam, vt B. Margherita coëgit Dæmonem fateri, ad quid ipſam adiuerit.

Aliquando Sacerdos quærēs aliquid à Dæmone poteſt grauiter peccare.

Patet etiam quod Sacerdos quærendo à Dęmone poteſt peccare grauiter.

Primo

Digitized by Google

Primo si quærat, quod ignorat, illum inuocando expresse, vel tacite.

Secundo si quærat, vt sciat, quod nescit, nisi eo fine, quo dictum est. Sed quid si quis à Diabolo quærat imperatiue de aliquo nihil faciente ad Dæmonum expulsionem, vel repulsionem, nec petenti cognito, sed tamen non quærit vt sciat ab eo cum sua non intersit, sed quadam curiositate, aut leuitate, & non ductus spirituali vtilitate, vt qui quærit de aliqua historia, aut re curiosa, quæ nihil attinet ad Dæmones, numquid erit mortale? R. credo quod sit res, quę non facta, nullo modo fieri debeat, facta vero non debet præsumptuose condemnari; est enim valde dubiũ: sed credo, salua veritate, quod non sit mortale; non enim iste inuocat Diabolum expresse, vt patet, nec implicite; quia nullam facit superstitionẽ, vt præsupono, nec intẽdit vti eius auxilio ad aliquid faciendũ, vt patet

nec

Digitized by Google

nec ad sciendum, quia ei non credit vt suppono, licet ex verbis eius accipiat aliqualem coniecturam. Si autem esset mortale, esset aliquo de prædictis modis, vt patet ex dictis; Vnde in hac materia, vt dicam multa paucis verbis, dico ex Sancto Thoma haberi rationem; quare circa hoc sit aliquid illicitum, quæ est, quia continet expresse, vel tacite amicitiam cum Diabolo. Vnde duobus tantũmodis est mortale, vel graue peccatum quærere, quæ dixi a Demone.

Quando sit peccatum mortale interrogare Dæmonem.

Primo cum expressa amicitia ad eum, vt cum inuocatur.

Secundo cum implicita quod duobus modis fieri patet.

Primo cum inuocatur per aliquam superstitionem scienter, sicut in incantationibus malitiose factis, quod propter eas dico, quæ creduntur orationes salutares.

Secundo cum non inuocatur quidem; sed tamen præceptiue vtitur quis

Digitized by Google

quis eius auxilio ad aliquid non relatum ad bonum morale animæ, vel spirituale, aut sub alijs verbis. Peccatum autem mortale forsan est, graue sine dubio duobus modis.

Primo si quis inquirat tanquam inferior explicite, vel implicite inuocando.

Secundo si inquirat, tanquam superior imperando, sed non pro ædificatione, vel spirituali bono animę. Sed cõtra prædicta est S. Thomas asserens diuinationem per Dæmones esse illicitam ex parte finis: quia licet vera dicat, tamen fallere intendit: ergo pari ratione Sacerdos non potest interrogare de incognitis. Resp. non est simile propter duo.

Quæstiam circa interrogationes Dæmonum.

Solutio.

Primo, quia diuinationes nõ astringunt Diabolum diuina virtute ad veritatem dicendam sicut Sacerdos, sed inuocant, vt inferiores; licet autem Diabolus adeo frequenter mentiatur vt verbis eius nunquam sit firmiter inhe-

Digitized by Google

inherendum, tamen nunquam adeo vidi eum obstinatum, & rebellem, quin adiuratus de his, quæ pertinent ad fidem, vel mores, profesius sit veritatem. esto vero quod mentiatur non est simile.

Secundo nihil ei Sacerdos credit, sed impugnando Diabolum ita se habet, ac si crederet; vt verbigratia si dicat se aliquem obsediſſe, quia est fornicatus; Sacerdos hoc quidem nõ credit, sed tamen hortatur obsessum ad pœnitentiam, vt reducat ad illius memoriam si forte sit verum quod Diabolus astruit. Diuinatio ergo ex parte finis est illicita, quia diuinans exponit se periculo deceptionis, non autem Sacerdos: tum quia ei non credit absolute, sed quærit, vt apponat remedia, quæ non possunt obesse, prodesse autem possent si Diabolus vera dixisset.

Sacerdos nõ credit Diabolo.

De afluxijs Damonum.

Quantum autem ad secundum principale insistendum est circa malitias

Digitized by Google

litias Diaboli cognoscendas, & præcauendas. Sunt autem infinitę astutiæ Dæmonum, sed quantum, experientia docente, didici referabo. Et quidem à principio cõmuniter, & in pluribus quantum potest Diabolus quærit latere, & se à loquendo, vel tremendo continere, ne scilicet deprehendatur ibi adesse, vel vt videatur fortis, & impauidus stare ante Sacerdotem, & consequenter Sacerdos minus speret victoriam contra illum: Si vero cogitur virtute diuinorum verborum tremere, cauet ne loquantur interius ad mentem obsessi, & ideo Sacerdos obsessum moneat, vt ei dicat quidquid interius dixerit hostis. Diabolum frequenter adiuret, vt ad interogata respondeat modo infra dicendo. Vbi vero & extẽrius fuerit coactus ad loquendũ, quærit quantum potest auertere mentem à verbis, quæ leguntur obsesso, mentem & similiter legentis, necnon &

Sacerdos moneat obsessum, vt sibi dicat, quidquid intus dixerit hostis.

Querit Dæmon perturbare mẽtem, & deuotionem Sacerdotis.

Digitized by Google

deuotionem vel per verba leuia, vel per gemitus, vel per clamores, vel incitando astantes ad nugas, vel ad alia: & ideo Sacerdos, cognita malitia, conetur ad oppositum, vt semper imperet hosti in virtute Dei, vt desistat ab hoc, vel ab alio &c. Non nunquam etiam cum mulier fuerit maxime iuuencula, quæ exorcizatur fingit se ægre ferre, quod Sacerdos eam tangit in vultu ad hoc, vt vehementius tangat, & inde mulieri ingerat voluptuosa fantasmata: eademq; ratione fingit se ægre ferre, quod Sacerdos loquendo nimis apropinquet ori, vt vultum vultui magis aproximet; circa quod miranda sum expertus, & ideo sit Sacerdos, & oculis, & manibus, & omnibus motibus pudicus, & cautus, non solum propter se, verum etiam propter obsessam, & tanto magis, quanto minus cognoscit eius cogitationes. Non nunquam requisitus de nomine principalis, dicit

Astutia maxima Dæmonum.

Sacerdos sit oculis, & moribus, & omnibus motibus pudicus, & cautus.

Digitized by Google

cit nomen ſuum, nomina vero aliorum ſociorũ dicit, ſe dicere non poſſe, quia Deus non vult, quia ſunt nomina turpia, quod licet ſit verum aliquando, vt plurimum eſt falſum. ideo Miniſter conetur habere veritatem per præceptum, quod ſi nequit, iubeat principalem dare locum, & ad loquendum vocet aliũ, iubens, vt ſuum nomen dicat: & ne hoc facere timeat Superioris timore, præcipiat ſuperiori, quod in hoc illum non impediat, & ſi nec ſic poſſit habere veritatem, tum Sacerdos imponat alijs ſpiritibus nomina irriſiua, puta dicendo primus poſt principalem, vocetur Facchinus, ſecundus Pictor, tertius Cocus acheroſtis, & huiuſmodi. Aliqui dicunt non eſſe ſpiritus, ſed animam alicuius, & hoc ne credas, quia eſt hæreſis.

Dæmones dicunt ſe eſſe animas non eſt credendum.

Has interogationes a me poſitas dico non eſſe neceſſarias ad liberationem, cum multi obſeſſi liberentur

Interogationes nõ ſunt neceſſariæ ad libera-

Digitized by Google

tionem obsessi, & sunt ad libitum Sacerdotis; sed largo modo, possum dicere necessarias esse interogationes; stricto modo tamen nō sunt necessariæ, quia multi liberantur sine interogationibus; experientia teste.

sine his, experientia teste, posui tamen ad libitum Sacerdotis quibus si non vult vti, sat erit si præceperit Dæmonibus, qui sunt in corpore, vel circa, vt omnes fugiant relinquentes creaturam liberam, & fugiant realiter, virtualiter, personaliter, effectualiter, & potestatiue cum omnibus locijs, auxiliarijs, & facturis, cum alijs circumstantijs à nobis dictis in nostris exorcismis.

Multi liberātur licet Dæmones sint muti.

Sunt etiam multi spiritus in aliquibus corporibus, qui nunquam loquuntur, & tamen obsessi liberantur, quod quotidie videtur. Solent Dæmones quando non possunt præualere in Sacerdotem, aduocare in auxilium complices suos, siue quia ad eorum præsentiam vigorantur, sicut homo ad præsentiam amici; siue quia alio modo occulto adiuuantur: & si forsitan venirent Dæmones, vel complices, mihi videtur, quod parum, aut nihil possint facere, quia si Deus vult

facere

Digitized by Google

facere gratiã obsessо, Dæmones complices, qui sunt in auxilio, nihil facere possunt; quia contra Dominum non est scientia, nec consilium: ergo etsi complices veniunt in auxilium eorum, spiritus, qui sunt in corpore, nihil possũt impedire in liberatione, quando Deus vult liberare, & in liberatione obsessi semper est Dei auxilium. Dæmon nihil potest sine permissione Dei, neq, potest reingredi in corpus, & solum quando Deus permittit, ingreditur, & in ingresso nihil potest nocere, nisi in quantum Deus permittit. Et quot facturas malefici faciũt, quæ nõ habent effectum. Videtur ergo, quod Dæmones, facturæ, & malefici nihil mali facere possunt nisi permittatur à Deo: & quando id Deus permittit, facit multis de causis à nobis supra dictis, & infra dicendis. etiam videbitur, quod Dæmon nihil potest nisi à Deo permittatur, vt legitur in historia Sacra Iob. 1.

In liberatione obsessi semper adest auxilium Dei.

Facturæ nõ semper habent effectũ.

Diabolus nõ potest in corpus ingredi aut nocere sine permissione Dei.

Digitized by Google

cuius perſonæ Dæmon nunquam potuit nocere, niſi quantum Deus permittebat. Notum id etiam eſt in Sancta Iuſtina, in cuius perſonam incantationes, & facturæ non habuerunt effectum, id autem, quia Deus non permittit.

Remedium contra Dæmones, qui veniunt in auxilio eorũ, qui ſunt in corpore.

Diximus ſupra Dæmones vocare complices in auxilium. pro ſatisfactione Exorciſtæ dico, quod curet ſcire, quos in Cœlo, vel in Inferno Dæmon, qui obſidet habeat magis inimicos, & Sanctos quidem inuocare ſæpius, Dæmones autem inimicos coniurare contra eum, amicos vero præcepto prohibere, ne ſuccurrant. Solent etiam libenter ſubtrahere ſe ab ore obſeſſi, in quo loquebantur, & abſcondere ſe in corde, vel alijs partibus ſub collo, vel in capite, vel ſtomaco, vel corpore: ſed Sacerdos quantum poteſt, curet ſpiritum ſuperius retinere. ad quod faciendum maxime valent iſta verba. Ecce Cru-

Sacerdos curet retinere ſuperius ſpiritum, & remediũ.

cem

cem * Domini fugite partes aduersæ cum signo Crucis super fronte. & Psalmus Vsque quo Domine obliuiscris mei in finem. & similiter præceptum factum, vt super aliquod respondeat. Aliqui Dæmones dicunt se esse egressos de corpore, & postea ingressos, & hæc est maxima Dæmonum fallacia, vt Sacerdos, & obsessus desperent de vera liberatione, & amplius non credant in liberatione. Similiter dicunt esse facturas denuo factas, vt Sacerdos desinat ab incœpto, & obsessus non exorcizetur vltra. Non dico, quod non possint Dæmones denuo in corpus reingredi iã derelictum; quia per Dei permissionem possunt, sed hoc erit maximum Dei iudicium, dum statim tollat gratiam, quam fecerit. Sed potius credo, quod Dæmones fingãt interdum se egressos, & postea manifestent se dicentes, denuo esse ingressos, vel esse facturam renouatam, quia si hodie

Fallacia Dæmonum dicunt se esse egressos & postea regressos.

Digitized by Google

exeunt, & cras reingrediuntur, & iterum hodie idem fiat apparet maxima Dæmonum fallacia, cum non sit credibile, vt dixi, quod Deus faciat gratiam, & statim tollat. dicendum ergo erit, quod hoc fiat per Dæmonem, vt desperetur de liberatione, & non exorcizetur amplius.

Diuersi Dæmones diuersis verbis Sacris magis affliguntur.

Diuersi Dæmones diuersis verbis sacris magis affliguntur, & redduntur promptiores ad obediendum. Solent etiam exituri aliqui eorum remanere, & quasi tenentes possessionem, sed Sacerdos sit cautus præcipiens, vt exeant realiter cum debitis circumstantijs, vt in nostris exorcismis.

Creatura iã obsessa, & liberata, quid facere debeat.

Creatura iam obsessa, sed liberata debet orare, & frequentissime comunicet, saltem omni festo, sit deuota, & plena omni bonitate, vt Dæmones iam expulsi, sint magis confusi. Solent Dæmones postquam sunt egressi persuadere quantum possunt, ne credantur

Digitized by Google

dantur egressi, ratione qua supra. Sacerdos præcipiat Dæmonibus in virtute Dei, & S. Vbaldi, ne ostendant se esse obsessores dum non sunt: & liberatum moneat ad credendum se esse liberum, & Deo gratias reddendas. Sacerdos exorcizans debet esse armatus, & vestitus stola violacea, & cotta, & pura conscientia: quia multi non Sacerdotes Dæmonia eiecerunt tanquam amici Dei, & Sacerdos, vt Sacerdos, & etiam vt bonus Christianus, & amicus Dei facilius eiciet Dæmonia; & præcipiat illis in virtute Dei, in virtute Sanctæ Crucis, & Passionis Christi, in virtute S. Vbaldi Episcopi, qui maximam habet virtutem super Dæmones, vt videtur quotidie, & in virtute omniũ Sanctorum generaliter, & specialiter vt sibi magis placuerit.

Sacerdos cũ iurans de quibus debeat esse armatus.

Quid debeat Sacerdos præcipere Dæmonibus quãdo exorcizat.

Primo vt nullus spiritus malignus audeat iuuare eos, qui obsident personam exorcizandam.

Secundo

Digitized by Google

Secundo præcipiat omnibus Dæmonibus inimicis eorum, vt quantum possunt cogant istos obedire mandatis.

Tertio istis, vt nihil dicant, vel faciant, quod astantibus, vel absentibus debeat displicere, nisi quantum fuerint interogati; & Sacerdos, si vult, liget ad collum obsessi stolam cum tribus nodis ad honorem Sanctissimæ Trinitatis, dicēs. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, præcipiens quod exeant sine offensa creaturæ, & astantium, & sine nocumento creaturarum Dei, & quod non habeant auctoritatem nec ipsi, nec alij sua vice reingredi, & non relinquant aliquod signum sui, nec aliquem Dæmonem in loco, nec in corpore, nec circa, sed fugiant realiter, virtualiter, effectualiter, potestatiue, & personaliter cum alijs circumstantijs, vt in nostris exorcismis.

Præcepta Sacerdotis facienda Dæmonibus.

Deinde Sacerdos legere incipiat de

Digitized by Google

de sequentibus exorcismis omni attentione, & deuotione. Vbi vero senserit serpentem sub manu sacra contremiscere, mandet obsesso, vt quæcumq; spiritus sibi dixerit referat; & vbi spiritus cœperit loqui obsesso, incipiat illum interogare, & adiurare de supradictis ad libitum suum, si velit, prout ei videbitur, quærendo de nomine, de socijs, & similibus, vt supra dixi. Caueat ne sit leuis, & curiosus, aut superfluus interogator, quia Deus subtrahet illi obedientiam Dæmonis. Adiuret sæpe Dæmonem, vt discedat, & si dixerit se velle exire, illum licetiet cũ circumstantijs supradictis, & in exorcismis. nec tamen Sacerdos cum hoc vel aliud præceperit statim cedat si Diabolus obedire recusauerit, sed verbis, & præceptis, & adiurationibus iteratis, & stimulis ab eo exigat obedientiam. legendo quoque, vbi viderit aliquibus verbis sacris Dæmonem tor-

Quando spiritus dicũ velle discedere quid Sacerdos debet præcipere.

Digitized by Google

Quando Sacerdos viderit Dæmonem torqueri aliquibus verbis sacris repetat illa crebro.

torqueri, illa repetat crebro. super omnia vero conetur semper, vt Diabolus non habeat requiē semper eum vrgendo, vel lectione, vel præceptis, & nunquam veniat ad colloquium curiosum Sacerdos, quia & ipse spiritum perdit, & Diabolus resumit vires. Si obsessus non est liberatus, Sacerdos diem sequentem non expectet, si ei vacat.

Signa liberationis, quæ faciūt Dæmones.

Sciendum est autem modū, quem tenent Diaboli, quando ex corporibus fugiunt.

Quandoque faciunt gestus, & ructus euomentis, deinde remanet obsessus exanimis.

Aliqui edunt gestus, & respirationes eo modo, quo homines morituri, & obsessus remanet quasi exanimis.

Aliqui Dæmones fugiunt clamantes, vel maledicentes magna voce.

Aliqui dum fugiunt maximum dolorem faciunt vexato in illa parte, per quam exeunt, vel per totum corpus.

Sed

Digitized by Google

Sed per hæc signa aliquando Dæmones fugiunt; aliquando etiam latent.

Signa veræ liberationis.

Confirmatur liberatio, si post diei vel horarum spatium legantur exorcismi, & non tremit obsessus, nec sentit consuetas torsiones, & sentit se omnino liberum.

Sciendum est, quod aliquando Dæmones latent, & stant intrepidi. ideo probandum est per multos dies, & etiam menses semper legendo, & exorcizando, & quando obsessus non sentit aliquid, & bene se habet, iudicetur illum esse liberum. sed sciendum est Dæmonem aliquando loqui, & fingere se esse obsessum, & dicunt se bene habere, & cognoscere se liberum, quod creatura obsessa non potest reuelare, ideo Sacerdos sit cautus, & diligens, quia Dæmones sunt calidi, & astuti.

Aliquando Dæmones fingunt obsessum esse, qui loquitur. & sunt ipsimet.

Quia Sacerdos sine cognitione perfecta huius spiritualis exercitij

Digitized by Google

posset inaniter fatigari, & cum dispẽdio honoris Dei, & Sacerdotalis dignitatis, cõterere tempus sine fructu. ideo ad maiorem eius constructionẽ quędam prędbula prędmittenda sunt, vt eis prędter illa, quę dicta sunt supra vnusquisque possit cognoscere, & præcauere quæ cognoscenda, & præcauenda sunt.

De Modo, quem tenet Dæmon ad intrandum in humana corpora. Cap. V.

ALIQVANDO Diabolus ingreditur in humana corpora propter peccata, vel creaturæ obsessæ, aut parentum, aut Deus permittit ad maiorem cumulum meriti obsessi, aut ad exercitationem, aut ad salutem animæ, sicut legitur de aliquibus Sanctis, qui fuerunt vexati à Dęmonibus

Aliqui Sancti fuerunt vexati à Spiritibus.

vsque

Digitized by Google

vsque ad finem vitæ suæ. Ante quam Dæmones ingrediãtur in corpora cõsueuerunt eis apparere in aliqua terribili, deformi, aut horribili hominũ forma, qui licet subito eis euanescere videantur, in eorum tamen corpora ingrediuntur, quod quasi semper accidit in nocte, aut in locis obscuris. ingrediuntur autem per os, aut aures, seu nares in modum venti, aut alicuius muris, sicut narrauerunt talia patientes, aut somnia terribilia dormientibus immittunt, illos terrendo in somnis, qui postea euigilãdo cum talibus signis inueniuntur esse Dæmoniaci. Quandoque Dæmones ingrediendo corpora humana terribiliter eorũ membra lacerant. aliquando in ingressu videtur ipsis vexatis, quod vas aquæ frigidissimæ super eorum dorsa versetur, quæ per totum corpus à capite vsque ad pedes hinc inde discurrat. Sunt alia signa, quæ Sacerdos praticando videbit in die.

Apparent Dæmones sub diuersis formis prius, quã in humana corpora ingrediãtur.

Diuersimode Dæmones corpora humana ingrediuntur.

De

De Maleficijs. Cap. VI.

IN omnibus autem maleficijs est pactum, aut manifestum, aut secretum, quod habet Diabolus cum malefico, secundum quod currit sigillum maleficij, quod quasi semper est res vana. Facto maleficio subito Diabolus aut præsentialiter, ideſt in corpus intrat, aut potestatiue, ideſt circa corpus vexat, ingreditur in illam personam, super quam factum est dictum maleficiū, si Deus permittit; quia sine permissione, maleficia non habent effectum, vt experientia videtur; quia inueniuntur multæ facturæ in aliquibus lectis, & tamen creaturæ illius domus nullum habent nocumentum, vel vexamen. & non valet dicere, quod factura non erat pro illis, quia vanum est hoc dicere.

Possumus

Digitized by Google

Possumus etiam dicere, quod illa factura non erat inuenta, sed quod Diabolus illam rem vanam portauit sine maleficio, & temere, creaturæ iudicant de aliquo, vt sic veniat aliquod scandalum, vt sæpe accidit. debemus nos subiacere diuinæ voluntati, vt sit, quod Deus vult, qui est Pater misericordiarum, & non temere iudicare, & circa hoc vidi mirabilia magna. His adiungo, quod illa ossa, pennæq; insertæ vna cum alia, & multa, & quasi infinita huiusmodi, quæ in lectis inueniuntur, à Dæmone asportata sunt, igne comburēda, dum dicitur Psalmus Exurgat Deus. & Sacerdos debebit benedicere ignem. illud autem animaduertendum est, quod prudens Exorcista, antequam ad remedia deueniat, cognoscere debet, an infirmitas Diabolica sit nec ne: nam in infirmitatibus maleficialibus, & matricalibus difficilis est cognitio, concurrentibus signis multis,

Dæmones portant facturas in lectos, & corpora, & tamen non est incantatio; sed hoc faciũt, vt veniant scandala.

Quæ inueniuntur in lectis asportata à Diabolo sunt igne cõburenda.

Digitized by Google

Difficilis est cognitio inter infirmitates naturales, et maleficiatas.

& accidentibus supradictis in cap. 4. de quibus dico multa inueniri in obsesso tantum à Dęmonio sine factura: & ideo cognoscere ex certa scientia maleficiatum à vexato tantum à spiritu, est res valde difficilis: & non vallet dicere, euomet obsessus facturam, aut in lectis inueniuntur facturę, quia Dæmon defert etiam sine pacto cum malefico, & sine incantatione, vt causa supradicta. & hoc ego vidi, & expertus sum; & ne sim longus, non veniam ad exempla: ideo Exorcista sit cautus, & diligens in iudicando.

Signum est Diaboli quãdo medicamenta non iuuant, sed nocent.

Signum potissimum est in cognoscendo vexatum à Diabolo, vel maleficiatum; quia in maleficiato semper est præsentia Diaboli, aut est in corpore, & operatur circa: quando medicus aplicat medicamenta, & non iuuant, imo nocent signum est Diaboli. ideo antequam ad rem sanctam Sacerdos veniat, agnoscat infirmitatem.

Sunt

Digitized by Google

Sunt non nulli, qui opinantur se Dæmoniacos, & maleficiatos esse, & talem opinionem in mentem imprimũt, ita, vt ab hac sententia nulla ratione dimoueri possint.

Etiam non nulli sunt realiter vexati à Diabolo, & tamen nolunt credere, quod ita sit, quod est tentatio, ne deueniatur ad coniurationem.

Sacerdos debet exorcizare maleficiatum.

Maleficiatum debet Sacerdos exorcizare sicut vexatum solum à spiritu sine factura, quia liberabitur auxilio Dei, & si mundus opinatur, quod quando vnus est maleficiatus sit quasi impossibile eum liberari. Dixi supra, & nunc dico, quod hæc est tentatio Diaboli, vt Sacerdos desperet de liberatione, & amplius non exorcizetur.

In liberatione maleficiati, & vexati tãtum à Diabolo sine factura nõ est differentia.

Nullam differentiam facio in liberatione maleficiati, & vexati tantum à Diabolo sine factura.

Dæmon in maleficiato, & Dæmon in vexato sine factura nec ille, nec

Digitized by Google

iſte eijcitur ſine Dei auxilio, & Deo nihil eſt difficile. ergo in liberatione non erit differentia.

In hoc nihil aliud dicam, ſed ſolum, quod in practica hoc ſæpe mihi accidit, & inueni, vt dixi in duodecim annorum ſpatio, in quo hoc ſanctum officium, & ſi indignus ſim, & miſer peccator, facio in Eccleſia S. Vbaldi, quò vexati, & maleficiati, ex diuerſis mundi partibus currunt, & aliquando ſunt vigintiquinque, aliquando viginti, quindecim, decem, & octo, in dicta Eccleſia S. Vbaldi, & multi liberantur, quia S. Vbaldus habet à Deo hãc poteſtatem, & ideo practicando, & ſemper quotidie exorcizando expertus ſum miranda, & Deo placeat, vt perſeuerem omnibus diebus vitæ meæ in iſto ſancto officio exorcizationis; ſicut nũc eſt mea voluntas ad laudem Dei, & ad liberationem obſeſſorum. Amen.

Ad Eccleſiã S. Vbaldi currũt multi obſeſſi.

In Eccleſia S. Vbaldi obſeſſi liberantur.

Intentio Auctoris.

De

Digitized by Google

De Signis, quæ apparent quando Sacerdos coniurat: Cap. VII.

De quibus debet Sacerdos obsessũ monere.

EXORCISTA moneat Dæmoniacum, vel maleficiatum, vt recolligat mentem suam, & eam ad Deum dirigat cum firma fide, & spe liberationis suæ à Diuina Maiestate, si expedit saluti animæ suæ, & finita coniuratione, vel in medio illius Sacerdos debet scire ad quæ verba magis conturbetur Diabolus, & Sacerdos petat de accidentibus.

Quæ signa accidant quando Sacerdos coniurat.

Hæc signa solent accidere. Cum ponit manum sacram super vexatum, sentiunt sub ea rem frigidissimam, tanquam glaciem.

Signa Diaboli, vel maleficiati qualia sint.

Aliqui sentiunt ventus per humeros, & renes, qui est frigidissimus.

Aliquibus caput immensum aggrauatur.

Digitized by Google

Aliquibus cerebrum conſtringitur, & perforatur, ſicut ſi gladio percutereretur.

Aliquibus inflammatur caput, & facies, & aliquando tota perſona, ac ſi eſſet vapor ignis.

Aliquibus febris immẽſa cum dolore capitis accidit, & totum corpus extenuatur, & frangitur; ſed omnia iſta accidentia parum durant, quia coniuratio tollit vigorem Dæmonis.

Aliquibus cõſtringitur guttur adeo, quod videantur ſtrangulari.

Alijs ad orificium ſtomachi mouetur quædam res ad modum pilæ, ac ſi eſſent vermes, aut formicæ, aut ranę.

Alijs accidit vomitus magnus ſtomachi.

Aliquibus maxima tortura in viſceribus.

Nonnullis venter vehementer inflatur.

Quibuſdam conſtringitur cor, ac ſi intolerabiliter feriretur.

Oſten-

Digitized by Google

Oſtenditur etiam Dæmon in aliqua parte corporis palpitando ſicut piſcis, aut in modum formicarum.

Aliquando pertranſit à capite, vſq; ad digitos pedum ſicut ventus, & e contra.

Quidam tã in coniuratione, quàm extra per totum corpus ſentiunt Dæmones inter carnem, & pellem, ac ſi eſſent formicæ diſcurrentes.

Et aliquibus videtur, quod tota caro eorum acubus pungatur.

Aliqui ſentiunt per corpus deambulare ſicut ſerpentes.

Alia ſigna ſunt, quæ practicando videbis.

Aliqui agitant terribiliter corpus obſeſſi.

De Conditionibus Exorciſtæ. Cap. VIII.

Conditiones Exorciſtæ.

LAVDO, quod Exorciſta ſit Sacerdos, qui debet eſſe vitæ

Digitized by Google

ſanctæ, quia Dæmones citius eijciuntur, & magis Dæmones timent Exorciſtam bonum, & iuſtum, quam prauum, & hoc experientia docet, & multi iuſti eiecerunt Dæmones, vt Dei amici, quod non potuerunt Sacerdotes praui, & ait Diuus Auguſtinus, qui vult eijcere immundum debet eſſe mundus. Super omnia Exorciſta debet eſſe humilis, opus hoc diuinæ potentiæ attribuendo; qui hortetur infirmum, vt omne adiutorium à Diuina Maieſtate expectet, à ſe autem nihil, niſi modicum laboris, qui etiam eſt ex gratia Domini Dei. Non ſit auarus, quia petendo pecunias, aut expectãdo perderet donum tantæ gratiæ; tamen ſi pauper eſt, ſecure poteſt recipere elemoſinam ſibi datam. In illa die omnino celebret prius, quia Diabolus plus timet manuum impoſitionem, & præſentiam illius. Exorciſta debet eſſe mortificatus, & plenus fide, quia Chriſtus

ait

ait in Euang. Mat. & Luc. 17. si habueritis tantam fidem, quantum granum sinapis, dicetis huic monti trãsi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile vobis erit, & quia fides sine operibus mortua est; ideo fungatur officio charitatis, de qua Apost. 1. ad Corin. 13. Si linguis hominũ loquar, & Angelorum, si habuero prophetiam, & nouero misteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita vt montes transferam &c. Charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas non est ambitiosa &c.

Petunt Dæmones Exorcistis inconuenientia.

Dæmones aliquando petunt ab Exorcista, vt benigne aliquid petat, & hoc modo erunt ei obedientes: sed in hoc sit cautus, quia si hoc faceret, esset peccatum, & in alio die inueniret Dæmones inobedientissimos. & tandem dicam. Exorcista debet esse purus, castus, iustus, patiens, modestus, cõtemptor mundi, & Sanctus, quia

Digitized by Google

Dæmones timent multum bonitatem Exorciſtæ, & obſeſſi melius ſe habent.

De Modo, quem tenet Diabolus in egreſſu à corporibus. Cap. IX.

QVANDO Dæmones coacti ſunt diſcedere coniura eos, vt dimittant corpus liberum, & expeditum, ſicut erat antequam ingrederentur.

Faciunt ſigna Diaboli in exitu à corpore.

Exeunt aliquando per os in modum flammæ ignis.

Aliquando per modum venti, aut per modum alicuius frigidiſſimi, aut in modum formicarum, quæ videntur exire ex ore, vel auribus &c.

Etiam aliquando inflatur guttur.

Egrediuntur aliquando per ſeceſſum in modum venti, vel pilæ, quæ ſemper giratur donec exear.

Aliqui

Digitized by Google

Aliqui exeunt in ſimilitudinem ranæ, muris, vel muſcæ, & ſimilium.

Aliqui per vomitum.

Aliqui exeunt per vomitum non ſimpliciter, ſed dum euomunt pilos, oſſa, lapides, inde exeunt.

Aliquando exeunt in ſimilitudinem guttæ ſanguinis.

Aliqui exeunt per os, per aures deſcendentes à ſtomacho, à corde, & ab omnibus partibus corporis obſeſſi.

Aliqui exeunt in ſimilitudinem alicuius beſtiæ, aut figuræ horribilis.

Aliqui euaneſcunt ſine aliquo ſigno gradatim.

Aliqui exeunt clamantes voce magna, vt in Mar. cap. 9. Exclamans, & multum diſcerpens eum, exijt ab eo, & factus eſt ſicut mortuus.

Aliqui varijs modis exeunt, vt practicando videbis.

Aliquando Dæmones dant hęc ſigna, & tamen creaturæ obſeſſæ non

ſunt

Digitized by Google

Aliquando Dæmon fingit exire, & latitat, & dum se manifestat dicit denuo venisse.

sunt liberæ; ideo Exorcista sit diligens, & ne facile credat Diabolo, sed per multos menses probet, an vere sit creatura libera nec ne, & Sacerdos sæpe interroget obsessum an sentiat aliquam consuetam vexationem, vel dolorem in corpore, vel in mente, ne decipiatur à Diabolo; quia aliquando Dæmones se celant in corpore, fingentes esse egressos e corpore, & post multos dies, vel menses, & etiam annos iterum se manifestant, dicentes denuo esse ingressos, & hæc est fallacia maxima Dæmonis.

De Malitijs Dæmonum ad decipiendum Exorcistam. Cap. X.

ALIQVI Dæmones tantum odio habent verba sacra, quod antequam coniurentur discedunt.

Alij discedunt, & se celant in capillis,

Digitized by Google

pillis, & ideo sæpe Sacerdos accipiat capillos in manibus sacris coniurans, vt fugiat de toto corpore, & de circa corpus, de pilis, capillis, & vestimentis.

Alij expectant coniurationem, sed illam postea sustinere non possunt.

Alij adeo sunt maligni, quod faciũt fatigare Exorcistam per spatium temporis, vt appareat infirmus, & non Dæmoniacus, & sic fatigatus recedat.

Aliqui postquam sunt manifestati abscondunt se, & relinquunt corpus liberum ab omni infestatione taliter, quod infirmus reputat se esse omnino liberum, & postea inter parentes, & Exorcistam zizania, & rumores seminant, sed non debet Exorcista cessare donec viderit verã liberationem.

Omnia impedimenta ponunt Dæmones ne veniatur ad coniurationem.

Aliqui ponunt omnia impedimenta, quæ possunt infirmo, & parentibus, & Exorcistæ, vt non faciat se coniurare.

Aliqui faciunt credere, quod coniuratio, quando Dæmones non sunt in corpore sit causa, vt ingrediantur, & hic est error, & peccatum. Nunquid diuina verba malefaciunt? absit. non dicamus ergo per coniurationem, Dæmones ingredi in corpus. Verba Dei eijciunt Dæmones, & eradicāt illos e corporibus explantādo, & fugando: & dato, quod Dæmones non adsint, verba Dei præseruant à Dæmonibus, ne ingrediantur. Verba Dei non possunt malefacere, bene quidem, & semper: & faciunt manifestare Dæmones, si sunt in corpore, nec non per verba Sancta Dei eijciuntur, aut per coniurationem.

Verba Dei, & coniuratio Dæmones eijciunt non autem faciunt ingredi in corpora.

Quidam Dæmones conantur persuadere, quod sint infirmitates naturales, & quod ista res sit vna truffa à Sacerdote inuenta.

Aliqui in medio coniurationis faciunt dormire infirmum, & ostendunt ei aliquam visionem Crucifixi, vel aliorum

Digitized by Google

aliorum Sanctorum, vel ostendunt aliquod præcipitium, & huiusmodi subtrahendo se, vt stent secreti, & ostendant infirmum liberatum.

Alij ostendunt maleficium factum super ipsum, & auctores maleficij, & modum ad illum soluendum: sed sit cautus Exorcista, ne faciat aliquam superstitionem.

Dæmones quærunt vt obsessa se præcipitet.

Aliqui quando exorcismis torquẽtur, promittunt, & iurant in crastinum velle exire data hora, & signo ita, quod inducant Exorcistam terminare coniurationem. item turpia dicunt, vt Exorcistam, & astantes infament, vt territi vlterius curam de vexato non habeant.

Sępe etiam aliquã personam ream de tali maleficio faciunt, & dant signa aliqua, vt inducant ad credendum; quod faciunt, vt inde scandala eueniant.

Aliqui Dæmones quærunt decipere Sacerdotes.

Aliqui Dæmones inducunt ad desperationem obsessum, vt se præcipitet,

Digitized by Google

tet, vel occidat, & ideo Sacerdos debet consulere obsessum.

Aliqui lugent dicentes, dolemus de peccatis commissis, & non parcit nobis Deus eo, quia iniustus est, ac alia similia dicentes, vt astantes credant; & supplicant, vt orent, & eleemosinas erogent: sed Exorcista falsitatem Dæmonis astantibus detegat, & declaret, quid Ecclesia Sancta sentiat.

Dæmones faciunt infirmitates etiam mortales.

Aliqui Dęmones infirmitates graues, & etiam mortales faciunt obsessis, quæ videntur naturales.

Non mireris si Diabolus in susceptione Sanctissimi Sacramenti Eucharestiæ per Dæmoniacum nõ conturbetur, quia postquã intrauit paulatim despicit, & non timere Sancta fingit, imo loquitur misteria fidei Sanctæ, & confitetur Diuinam Maiestatem, & supponit personam vexatam, & ei loquitur in corde, & facit eam perturbari pro re minima.

Maius

Digitized by Google

Maius tibi dico, quod aliqui Dæmones, poſt longam vexationem factam alicui perſonæ, ſi non expellantur loquuntur per os eius quaſi ſemper, & ceſſant aliquando ei nocere, poſtea tandem deprehenduntur.

Aliqui Dæmones fingunt ſe eſſe creaturã obſeſſam, & faciunt ſignum S. Crucis ✠ dicunt Pater Noſter, vel Aue Maria: tandem Sacerdos eo cognoſcit.

Aliqui ante Sanctiſſimam Euchariſtiam quieſcunt, & hac de re admirati circumſtantes dicunt illos quietos ſtare ante Chriſtum, ſed e contra accidit, quia ſignum eſt timoris, nam famulus ante regem, & Dominum ſuum etiam inuitus timet illum.

Aliqui Dæmones domum ſubuerunt, & volunt ſibi obedientiam præſtari. *Dæmones ſubuertunt domũ &c.*

Multa mala euenire ſolent in mentem Dæmoniaci, & in mentem inducunt, aliter liberari non poſſe, niſi

Digitized by Google

per maleficos, & multas alias, quasi infinitas fallacias habent Dæmones, quas practicãdo Sacerdos cognoscet.

De Modo, quem Sacerdos debet tenere in Coniurando aliquam Personam. Cap. XI.

Quomodo Sacerdos in adiurando debet animaduertere.

CELEBRATA Missa Sacerdos debet coniurare, si persona est sana, in Ecclesia, aut in domo, si persona sit nimis infirma, aut si persona sit nobilis, vt dicitur in Romano Rituali nuper edito. Habeat Sacerdos Superpellitium cum Stola violacea, & in adiurando habeat Reliquias Sanctorum super pectus, aut cor vexati, & liget stolam violaceam collo obsessi cum tribus nodis ad honorem Sanctissimæ Trinitatis, dicens. Sicut Sancti Dei ligauerunt Dæmones catenis igneis, ita auctoritate, qua fungor, ego

Stola sit violacea.

Stola vexata debet esse violacea.

Digitized by Google

ego vos ligo in nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus Sancti Amen. Et quando venerit ad coniurationem, replicet ipsam, vsq; decies semper pœnam augendo: & si magis timeret Dæmon Exorcismum, legat illum, quia vnus Dæmon plus timet vnam rem, quam aliam; & non deficiat à fide, sed oportet perseuerare in coniuratione duabus, tribus, quattuor, aut sex horis continue, & plus, donec habeat victoriam: & Dæmones obstinati semper quærunt defatigare Exorcistam, vt desinat pro labore, & lassitudine exorcizare: & si in prima die non fuerit obsessus liberatus prosequatur secundo, & tertio quousque liberetur in totum; quia videbis quotidie Dæmones magis debilitari. Sint autē præsentes fideles, qui orent pro infirmo. & quando Dæmones coacti sunt discedere, & debilitantur, per diuersas partes obsessi aufugiunt intēdat Sacerdos adiurare Dæmones

Dæmō plus timet vnā rem, quam aliam.

Sacerdos in coniuratione debet perseuerare per multum temporis.

Defatigare quærūt Dæmones Exorcistam.

Aufugiunt Dæmones per diuersas partes obsessi, & quare.

Digitized by Google

principales, & præsertim vexantes, & simul auxilium præstantes percutiat Dæmoniacum stola non grauiter, imo leuissime. quod si aliter faceret, aut percuteret, & nocumentum faceret obsesso Exorcista vna cum Diabolo ad perditionem corporum tenderet. Nam Dæmon cum sit incorporeus, ac natura nobilissimus actus irrisoreos, non tactum timet: pari ratione dicendum est de fumigationibus, & similibus, quæ caput, oculos, ac cerebrum maxime lędunt, morbos producere possunt, & ipsum Dæmoniacum valde affligunt. Sit Exorcista hæc omnia edoctus, quę hoc opus edocet, ne incassum elaboret.

Quomodo Sacerdos debeat vti rebus naturalibus.

Aliqui Diaboli faciunt, quod obsessus odio habeat Exorcistam, & videre faciũt, quod non faciat charitatem ex bono animo, vt charitas vult.

De

De Remedijs Contra Dæmones Incubos, & Succubos applicandis. Cap. XII.

DAEMONES incubos esse infestos mulieribus, Diuo Augustino testante, cognouimus, & quandoq; in actibus libidinosis, mulieribus se voluntarie subijcientibus, vtūtur: quandoque etiam ipsis inuitis, & hoc in sacratioribus festis exercere consueuerunt: & quare hoc exerceant in festiuis diebus, rationes possunt reddi, quia hoc peragunt non libidinis causa, quæ consistit in carne, & ossibus, cum spiritus carnem, & ossa non habeat; sed potius, vt hi, qui has spurcitias voluntarie exercent, non solum perfidi per Apostasiam à fide; verum etiam, vt sacrilegij vitium incurrant, & Deus sit grauius offensus, maiorem

Rationes notabiles assignātur cur Dæmones vtātur mulieribus etiam inuitis.

Digitized by Google

poteſtatem ſæuiendi in homines, & illos puniẽdi Dæmonibus relinquat, & etiam, vt ipſos in corpore, & anima in maiorem dominationẽ ex iſtis enormiſſimis peccatis impellant, ac ruerẽ faciant, & de his ſe voluntarie talibus ſpurcitijs ſubijcientibus extant quam plura exempla, quæ ab auctoribus Mallei Maleficorum pẽnũtur in ſecunda par. q. prima cap. 4. De inuitis multa exempla à prædictis auctoribus ibidem q. 2. cap. 1. conſcribuntur. Extat exemplum de quadam Virgine in habitu religioſo, à quodam Dæmone ſtuprata, quæ in ſacratioribus anni ſolemnitatibus incredibili libidinis vſu abutebatur ipſa ſola voluntate retinente, cum in tali actu nullus ſenſus præter tactus ſibi à Dæmone relinqueretur, quia illam in actibus libidinoſis immobilem reddebat. Exemplum huic ſimile vidi in quadam virgine ſimiliter à Dæmone ſtuprata. Dæmon veniebat ad

Exempla poſita in malleo aſſignantur.

Monialis ab incubo ſpiritu ſtuprata.

Quomodo mulieribus inuitis Dæmones vtãtur.

Digitized by Google

ad illam in die in veſtitu ſerico,&aureo,cum enſe aureato dicens ei. Domina mea in hac nocte ſimul erimus, & ſtatim fugiebat, & tandem in nocte veniebat, & vtebatur cum illa tamen inuita, quia nunquam conſentiebat, & facta media nocte,ſurgebat eam deoſculans cum actibus, & verbis libidinoſis ab ea recedebat,& mihi dixit hęc mulier,quod ille Dęmon erat in forma iuuenis pulcherrimi, qui etiam ei apparebat in via, & in domo, & ei, in vita ſeruiebat, vt ſi eſſet famulus loquens ei, vt amans, vel vti dicam inamoratus: tandem gratia Dei poſui multa remedia ſpiritualia, & quotidie eam audiebam in confeſſione, & ei præbebam Sanctiſſimum Corpus Ieſu Chriſti, & eam docebam, quæ debebat facere, vt liberaretur ab illo Dæmone incubo, & liberata fuit. non dicam alia exempla,quæ mihi occurrerunt in hac materia, ne longus ſim, quia multæ aliæ

Remedia contra incubos.

Digitized by Google

mulieres, quæ à ſpiritibus incubis dominabantur, ad me venerunt, vt eis auxilium darem. ſed tibi ò lector ſufficiant dicta exempla, quæ ſupra poſui.

Multum iuuat ad liberationem incubi ſuffumigatio incenſi, oratio, ieiunium, confeſſio, communio, peregrinatio, impoſitio Breuis Sancti Vbaldi, Angelica Salutatio, & etiam exorcizatio, & præcepta facta incubo: & quod vni non prodeſt, cauſa aliqua ſubsiſtente, non propter hoc ſequitur, quod alteri non proderit. ideo hæc remedia alijs nõ ſunt ſubtrahenda, maxime cum res illæ contra Dæmones ab Eccleſia Catholica benedictæ maximam obtineant virtutem.

Aliqui obſeſſi nunquã liberantur.

Eſt aduertentum, quod multi obſeſſi à Dæmonibus inueniuntur, qui nunquam liberantur ab ipſis ſpiritibus, ſic Deo permittente. quod videntes aliqui homines admirantur neſcientes rationem huius facti, tamen coniuratio

Digitized by Google

coniuratio alleuiat dolores, & bene habent obsessi: & ideo non dant eis dolores, sicut volunt ipsi Dæmones, qui semper desiderant nocere, sed coniuratio impedit.

Coniuratio alleuiat dolores obsessi.

Aliqui obsessi non liberantur, quia non sunt exorcizati.

Dæmones semper vellent nocere obsessis.

Aliqui non liberantur, quia Deus vult in hoc mundo eos purgare.

Aliqui non liberantur, quia Deus vult, vt habeant hoc meritum, quia multi Sancti fuerunt obsessi à Dæmonibus, vsq; ad finem suæ vitæ, sicut legitur in aliquibus libris.

Quare aliqui obsessi nunquam liberentur.

Aliqui nō liberantur ad augumentum gratiæ: & Sanctus Paulus nunquam fuit liberatus ab Angelo Satanæ, Dicente ei Deo. Paule sufficit tibi gratia mea.

Aliqui non liberantur ex multis alijs causis, & Dei iustis iudicijs.

Qui ergo licitis remedijs curari nequeunt, propter impedimenta supra narrata ad patientiam, & tollerantiam

Qui liberari non possunt hortētur ad patientiam.

Digitized by Google

rantiam commonendi, & hortandi sunt in remissionem suorum peccatorum, ne ad illicita remedia contra Dei voluntatem recurrant, ne eis deteriora contingant, sicut contingere consueuit illis, qui non contenti licita remedia experiri ad illicita recurrunt.

Quibus deteriora cõtingant.

Sciendum quoq; est, quod coniuratio fieri debet à Sacerdote cũ magna fide, spe, imperio, auctoritate, & humilitate, atq; feruore. Exorcista debet esse maturæ ætatis, vt dicitur in Rituali Romano Pauli V. iussu edito, Et sit non solum officio, sed etiam morum grauitate reuerendus. Coniuratio fieri debet in Ecclesia, quãdo creatura obsessa non est nimis infirma; creaturam autem nobilem potest Sacerdos in domo coniurare, vt dicitur in eodem Rituali, & alias creaturas etiam, ex aliqua honesta causa potest Sacerdos coniurare in domo, sed semper Sacerdos debet habere licen-

Quomodo Sacerdos debet coniurare obsessum.

Digitized by Google

licentiam coniurandi à suo Superiore, & ab Episcopo, & ab alijs, qui eam dare auctoritatem habent: sæpe Sacerdos præcipiat Diabolo, vt nullo modo offendat creaturam obsessam, vel circunstantes, aut eorum bona; & quoties viderit obsessum in aliqua corporis parte commoueri, aut pungi, aut tumorem alicubi apparere, aut pati, ibi faciat signum ✠ Crucis, & aqua benedicta aspergat, & si fuerit periculum, Sacerdos coram se habeat obsessum ligatum, eum, se, & astantes sępe comuniat signo ✠ Crucis, & aspergat aqua benedicta.

Habeat Sacerdos præmanibus, vel in conspectu Crucifixum, & sæpe exorcizet per illum Sanctum Crucifixum, & per ✠ Crucem, & per omnia misteria Passionis Domini nostri Iesu Christi.

Quędã Dæmonia ejiciũtur per ieiunium, & orationem.

Quare memor, Dominum nostrum dixisse, genus esse Dæmoniorum, quod non ejicitur, nisi per orationem, & ieiu-

Digitized by Google

& ieiunium; Matt. 17. hæc duo potissimum remedia ad implendum diuinum auxilium, Dæmonesq; pellendos, exemplo Sanctorum Patrum, quo ad eius fieri poterit, tum per se, tum per alios curent adhiberi. Laudo, quod Exorcista, si fieri potest, quotidie obsessum exorcizet, quia multum debilitantur Dæmonia, & citius exeunt, & hoc ex experientia videtur esse verum.

Aliqnis Sacerdos ponit digitum consecratum in gutture obsessi, dicens, quod facit euacuare cubile Dæmonum. Circa hoc dico, quod obsessi propter id multum patiuntur in gutture, cũ detrimento sanitatis corporis; & hoc non iudico esse necessarium, sed relinquendum, vt aliquod inutile, & in salubre. item dico de balneis, vnctionibus, & similibus. Sed debet Sacerdos eijcere Dæmonia vt Christus docet in Euangelio, & hic est securus modus.

BACVLVS

Digitized by Google

BACVLVS DAEMONVM

CONIVRATIONES MALIGNORVM SPIRITVVM

Optimæ, & probatæ, mirabiliſque efficaciæ.

In principio Coniurationis ſemper Exorciſta dicat Litanias Beatæ Mariæ Virginis, vel Sanctorum cum iſtis Orationibus.

KYRIE eleiſon.
Chriſte eleiſon.

Litaniæ B. M. de Laureto.

Chriſte

Digitized by Google

Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Pater de Cęlis Deus. Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus. Miser.
Spiritus Sancte Deus. Miser.
Sancta Trinitas vnus Deus. Miser.
Sancta MARIA. Ora pro nobis.
Sancta Dei genetrix. Ora.
Sancta Virgo Virginum. Ora.
Mater Christi. Ora.
Mater Diuinæ gratiæ. Ora.
Mater purissima. Ora.
Mater castissima. Ora.
Mater inuiolata. Ora.
Mater intemerata. Ora.
Mater amabilis. Ora.
Mater admirabilis. Ora.
Mater Creatoris. Ora.
Mater Saluatoris. Ora.
Virgo prudentissima. Ora.
Virgo veneranda. Ora.
Virgo prædicanda. Ora.
Virgo potens. Ora.
Virgo clemens. Ora.

Virgo

Digitized by Google

Virgo fidelis. Ora.
Speculum Iuſtitiæ. Ora.
Sedes Sapientiæ. Ora.
Cauſa noſtræ lætitiæ. Ora.
Vas ſpirituale. Ora.
Vas honorabile. Ora.
Vas inſigne deuotionis. Ora.
Roſa miſtica. Ora.
Turris Dauidica. Ora.
Turris eburnea. Ora.
Domus aurea. Ora.
Fœderis Arca. Ora.
Ianua Cœli. Ora.
Stella Matutina. Ora.
Salus infirmorum. Ora.
Refugium peccatorum. Ora.
Auxilium Chriſtianorum. Ora.
Regina Angelorum. Ora.
Regina Patriarcharum. Ora.
Regina Prophetarum. Ora.
Regina Apoſtolorum. Ora.
Regina Martyrum. Ora.
Regina Confeſſorum. Ora.
Regina Virginum. Ora.

Digitized by Google

Regina Sanctorum omnium. Ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi.
Miserere nobis.

Oremus.

GRATIAM tuam quęsumus Domine mentibus nostris infunde, vt qui Angelo nunciante Christi filij tui Incarnationem cognouimus, per Passionem eius, & Crucem, ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eundem Christum Dominum nostrũ. Amen.

O Dæmones infernales per Sanctissimam Virginem Mariam Matrem Domini nostri Iesu Christi fugite ab hac Creatura Dei N. & plorate vlulantes in miserijs vestris, quę aduenient vobis: Diuitię vestrę putrefactę sunt,

Iacobi Apost. Cap. 5.

Digitized by Google

sunt, & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum, & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabitis carnes vestras, sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorũ in aures Domini Sabbaoth introiuit. Epulati estis super terram, & in luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis. Addixistis, & occidistis iustum, & non restitit vobis. Patientes igitur estote fratres, vsq; ad Aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens donec accipiat temporaneum, & serotinum. Patientes igitur estote, & vos; & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini appropinquauit. Nescitis ò fratres, quia scriptura ait. Omne gaudium existimate fratres cum in

varias tentationes incideritis, & qui vult pie viuere in Domino persecutiones patientur; igitur sufferte patienter tormenta Diaboli, expectantes à Domino auxilium.

Oremus.

DOMINE Iesu Christe, qui pro redemptione mundi voluisti à Iudæis reprobari, à Iuda proditore osculo tradi, & à Iudæis conspui, flagellis, & opprobrijs vexari, & spinis coronari, colaphis cœdi, & in Cruce leuari, inter latrones deputari, felle, & aceto potari, lancea vulnerari; deprecor te, per has tuas pœnas, vt non respicias peccata mea, atq; peccata huius creaturæ; sed secundum magnam misericordiam tuã liberes eam à Diabolo vexante: & mihi indigno famulo tuo præbe virtutem, vt valeam expellere omnes Dæmones eam vexantes per tua Sanctissima verba.

Qui

Digitized by Google

Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

O Maria fugatrix Dæmonum, & maleficiorum dissipatrix, ne hæc creatura, ad imaginem, & similitudinem filij tui creata vlterius crucietur, succurre, & preces nostras, quas auribus tuæ pietatis, & misericordiæ offerrimus, exaudi vt te adiuuante tormenta Dæmonum non timeat, sed desideratam sanitatem, tuo pio interuentu obtineat. Per Iesum Christum filium tuum, Crucifixum, & nunc regnantem in sæcula sæculorum. Amen.

Oremus.

Deus, qui per vnigenitum tuum, exclusa dominatione Diaboli, populum tuum fidelem aptasti, expel-

Digitized by Google

le quæsumus intercedente B. Vbaldo Confessore tuo, atq; Pontifice, cui virtutem fugādi Dæmonem tribuisti à famulis tuis, & cunctas Diabolicæ illusionis insidias: eos liberatos ab omni illius impugnatione conserua. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde positis manibus super obsessum dicat.

Extinguatur in te N. omnis virtus Diaboli per impositionem manuum nostrarum, immo per inuocationem omnium Sanctorum, Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophætarum, Apostolorum, Martyrum, Confessorum, S. Vbaldi, S. Augustini, atq; Sanctarum Virginum, & omnium Sanctorum.

Exorcizatio obsess.

Exorcixo ✠ te N. in nomine Sanctissimæ Trinitatis ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus Sancti, & in nomine S. Vbaldi

Digitized by Google

S. Vbaldi, vt fias vas mundum, & purgatum ab omnibus Dæmonibus, & ab omni Maleficio, & arte Diabolica, quæ omnia in nomine Iesu destruo, & anihilo, siue sint in corpore, siue extra corpus: & dissoluta, & destructa esse decerno, per omnes Sanctos Dei: Ac præcipio tibi Diabole, ac omnibus Socijs tuis, siue sint in corpore, siue extra, vt amplius non habeatis potestatem manendi in hoc corpore, Sed recedere debeatis statim omnibus Maleficijs destructis per eum, qui venturus est Iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Item aspergẽs super obsessum aquam benedictam; & super circunstantes cum magna fide dicat.

Per hãc aquam benedictam omnis

Digitized by Google

ſpiritus immundus ſeparetur à te, & fugiat à nobis in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus Sancti. Amen.

Exorcizo ✠ te N. creaturam Dei infirmam, ſed ſanguine Redemptoris ablutam, vt ſias creatura Purgata, nec communis ſis vlli ſpiritui immũdo; item exorcizo ✠ te per Deum Trinum, & vnum, vt ſias templum Dei, & habitaculum Spiritus Sancti, & medicina perfecta ✠ ſancta, & benedicta ✠ ad extirpandam omnem infirmitatem Sathanæ, vt ab omnibus ſpurcitijs Dæmonum ſis ſana, & libera, in cuius nomine es baptizata; accipe Spiritus Sancti gratiam, vt efficiaris creatura potens ad euacuandum, & expellendum inimicum, & putredinem eius. Item exorcizo te N. ✠ vt non valeas in nomine Sancti Vbaldi retinere angelos malos, nec eorum munitiones, ſed in nomine Mariæ Virginis ſis potens contra Dæmones, & nulla ſit tibi cõmunicatio

cum

Digitized by Google

cum angelis rebellibus, ſed ſis creatura exorcizata, & benedicta, & ſanctificata in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus Sancti. Amen.

Præceptum faciendum Dæmonibus.

Præceptum faciendum Dæmonibus, qui inſuccurſum veniunt Dæmonum vexantium obſeſſum.

DEvs ſit nobiſcum in hoc opere Sancto. Ego Carolus Sacerdos Dei coniuro ✠ adiuro ✠ vos ô Dęmones parati ad ſuccurrendũ iſtis Dæmonibus, qui vexant hanc creaturam Dei N. in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, & in nomine B. Virginis Mariæ, & in nomine S. Vbaldi, ne habeatis aliquam poteſtatem: Fugite, ecce ✠ Crucem Domini noſtri Ieſu Chriſti, fugite ſub pœnis ſcriptis in hoc libro ſtatim incurrendis caſu inobedientiæ.

Præceptum faciendum Dæmonibus qui ſunt in corpore.

Etiam coniuro ✠ vos, qui eſtis in hac creatura Dei in nomine Ieſu, &

Digitized by Google

in nomine, & virtute S. Vbaldi, quod fugientes ab hac creatura Dei Nrealiter, & effectualiter, eam relinquatis, nunquam ad eam accedatis, nec ei amplius noceatis, nec alij vice vestra. In nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & ✠ Spiritus Sancti. Amen.

Stola violacea sit; tam Sacerdotis, quã obsessi.

Et ligo vos cum ista Stola, sicut Sancti Dei ligauerunt Dæmones catenis, vt sit vobis frænum in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

CONIVRATIO I.

Coniuratio, quæ vocat Dæmonium ad linguã.

O Maledicti, & excomunicati Dæmones, fabri omnium malorum, Ego Carolus Minister Christi, vos coniuro ✠ adiuro ✠ per Deum Creatorem vestrum, & per Sanctissimam Trinitatem, Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum Sanctum ✠ & per omnes

Digitized by Google

omnes Sanctos, & Sanctas Dei, vt ascendatis ad linguam huius creaturæ Dei N. si estis in isto corpore humano, & vbicunque lateatis, recedatis, & superius ad linguam ascendatis, non recessuri sine mea licentia, & loquamini mecum veritatem, de quocũque vos interrogare voluero aperte, & clare, ita vt vos intelligam bene, & narretis mihi omnes conditiones vestras, & obediatis mandatis meis. Cito vos in nomine Iesu ad linguam; quæro vos, & præcipio vobis, vt statim ascendatis, ò maledicti ad imperium meum accedite, obedite, venite; ascendite per Ascensionem Christi: ascendite dico sine offensa huius creaturę Dei, Summi Dei, Veri Dei. Ascendite o Lupi rapaces ad linguã per virginitatem S. Vbaldi. Ascendite Dracones inuidi per Vbaldum Sanctum, & per suam virtutem, quam habet super vos à Deo sibi datam, ad obedientiam, ò peccatores impe-

impenitentes, ad linguam venite. Cito vos, & voco per claritatem S. Vbaldi. Adhuc in obstinatione estis. O Tigres obstinatæ, durum est vobis Christo velle resistere: o insensati, obedite Ministro Christi; quia scriptum est. Qui vos spernit me spernit. Auctoritate Domini nostri Iesu Christi, qua fungor, adiuro + vos, & præcipio, vt ad linguam ascendatis, & estis in isto corpore: ascendite ò Carbonarij caliginosi, & Viperæ mordaces, per patiētiam, & merita S. Vbaldi, venite ad obedientiam ò cruentæ bestiæ, & Angeli fœtidissimi, & nigerrimi, ad linguam dico ascendite, per Sanctum corpus Vbaldi, & per gloriam, quam sua anima Sanctissima habet in Cœlo, o inobedientes creaturæ nescitis, qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Ascendite dico inuentores omnium malorum, O Magistri errorum, & Patres Hæreticorum, vobis interdico, & definitiue prohibeo,

Digitized by Google

prohibeo, omne nocumentum,& vexationem istius creaturæ,& in nomine Iesu vobis præcipio,vt exeatis nũc cum circunstantijs, & debitis clausulis, quæ sunt in hoc libro, & omnia opera vestra, vel aliorum maleficia operata quomodocunque, dissoluatis, & amoueatis, & nunquam de cætero in hac creatura Dei N. causetis, vel faciatis, nec per vos, nec per alios illa,vel similia: contradicentes vero,& contra stimulum calcitrantes Anathematizamus,excomunicamus, & maledicimus vos, propter obsessionem, & molestiam huius creaturæ Dei N. ita, quod de cætero non præsumatis, neq; vos, neq; alij vice vestra ò immundissimi spiritus molestare, inquietare, perturbare corpus, nec sensus eius interiores, vel exteriores à planta pedum, vsq; ad verticem capitis, nec aliquid ipsius attingere. Si vero aliquid viris alligare præsumitis, interponimus præciosissimum

Digitized by Google

simum Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, qui est propitiatio pro peccatis nostris. Cum igitur nihil iuris habeatis in hac creatura Dei N. fugite maledicti inuasores, & iniquissimi vsurpatores, prædones, & latrones Infernales. Discedite ab hac creatura Dei N.o inimici generis humani; & vos dissoluimus ab ea, prohibemus, & interdicimus molestiam, inquietudinem, & perturbationem istius creaturę, & omnium astantium, & fidelium; nam quæ conuentio lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Fugite ò principes iniquorum; nam coniuro ✠ vos per Vbaldum Sãctum, qui mirabiliter præualuit contra vos: qui faciem Dei contemplatur. Fugite maledicti, & nunquam, nec vos, nec alij vice vestra potestatem habeant iterum ingrediendi in hanc creaturam Dei N. nec eam vexandi in corpore, nec circa, siue per vos, siue per alios, nec aliud nocumentum faciendi

faciendi, cuiuſcunque generis ſit.

Coniuro ✠ & adiuro ✠ vos Angelos tartareos, vt fugiatis per Sanctas Orationes Vbaldi, & per omnia merita ſua, & per Sanctum Corpus ſuum cum omnibus armis, & ſpurcitijs veſtris, & per omnia ſupra dicta, & infra dicenda, abſoluo hanc creaturam Dei N. ab omni ſpiritu immundo, ab omni ſpiritu immundo, & ab omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, ſignaturis, faſcinationibus, & facturis arte Diabolica factis, quæ omnia Diabolica deſtruo, anihilo, extirpo, & eradico ab omnibus membris huius creaturæ Dei N. vna cum omnibus infeſtationibus, moleſtijs, perturbationibus, doloribus, paſſionibus, & vexationibus quomodocunque, & qualitercunque tibi, o ſerua Dei factis, & recedant ipſi maledicti, confuſi, ſine læſione animæ tuæ, vel corporis, vel alterius, per Vbaldum Sanctum, & per Hoſtiam

Sanctam

Digitized by Google

Sanctam, & per latentem in hostia, & per omnia Sacramenta Ecclesiæ.

Terminentur, dissoluantur, & anihilentur ab ista creatura Dei N. omnes facturæ, & omnia opera Sathanę, per Sanctum Vbaldum, & per vndecim millia Virginum, & per omnia merita, & interceſſionem S. Caroli. Coniuro ✠ vos o latrunculi Infernales per Crucem, & Paſſionem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, ne habeatis poteſtatem ſupra creaturam iſtã nocendi, nec in die, nec in nocte, neq; orando, neq; vigilando, neq; dormiendo, neq; ſedendo, neq; ſtando, neq; comedendo, neq; bibendo, neq; ſua naturalia exercẽdo in vlla hora diei, vel noctis, neq; habeatis poteſtatem intrandi domum ſuæ habitationis; neq; in vlla figura appareatis per laudes Angelorum Sanctorum, & per omnes Orationes, quę fiunt in Cœlo, & in terra quotidie. Omnes facturę, & vincula maleficiorum cuiuſcunq; generis,

Digitized by Google

generis, quæ facta fuerint contra istã Creaturam terminentur, destruantur, & in fumum reducantur, per potestatem Dei, & per omnes intercessiones seruorũ eius, qui sunt in Cœlo. Coniuro ✠ vos, atq; exorcizo ✠ o immundissimi, o sceleratissimi spiritus, vt fugiatis per Sanctos Angelos Custodes nostros, & per omnes Sanctos Confessores, scilicet Vbaldum, Cyprianum, Geminianum, Antonium Abbatem, & Nicolaum de Tolentino. Fugite o sceleratissimi Dæmones cum omni fallacia vestra, quia Deus voluit hominem esse templum suum: date locũ o durissimi Dæmones Deo, cui omne genu flectitur. Discedite o superbissimi, & ingratissimi Dæmones, quia non est tempus differendi. Contremiscite o bestiæ infernales per illum, quem inferi timent, cui virtutes Cœlorum subiectæ sunt.

Discedite seductores: vobis enim heremus sedes est, vobis serpentis habitatio

Digitized by Google

habitatio est, humilitate, & prosternite capita vestra per illum, qui superbiam extirpauit, & introduxit humilitatem.

O caput impiorum, quod vni dico, omnibus dico, ne te abscondas maledicte Sathana, ne te abscondas creatura damnata, & reprobata, spiritus immunde, ne te abscondas, nec amplius latites in hac creatura Dei N. sed manifesta te ipsum, & fuge cum sequacibus, & auxiliarijs, & armis tuis, per Incarnationem Verbi æterni, & per humilitatem Iesu Christi.

O cadauera putrida, & Dæmones infernales, si mihi rebelles fueritis, induco super vos Diuinam maledictionem, induco, & inductam denuntio per Diuinam Pietatem. Maledictio Patris, & Filij, & Spiritus Sancti sit super vos. Ideo ite maledicti in ignem æternum, & finite hanc creaturam Dei N. vt sit pœnitus libera, nec amplius ei molestiam faciatis,

nec

Digitized by Google

nec personaliter, nec potestatiue, nec virtualiter, nec vos, nec alij vice vestra; sed cogamini in nomine Iesu ire, & stare in locis vobis à Deo paratis, vsq; ad diem Iudicij, & contrafacientes intendo procedere in vos maledictos Dæmones, & dare omnes pœnas, quas possum in nomine, & ex parte Dei. Ideo ite maledicte in ignem æternum præparatum Diabulo, & angelis suis.

Digitized by Google

CONIVRATIO II.

QVID igitur ò nefandiſſime ſpiritus ſuperbis contra tuũ Conditorem, qui te in tanta dignitate creauit? quid quæris in ipſo, cum poſſis acquere, neſcis forſitan, quod ipſe eſt ſumma bonitas, & infinita ſapientia, cuius viæ rectæ ſũt, & omnes, & omnia eius iudicia iuſtiſſima ſunt, & omnia quæcunq; voluit fecit in Cęlo, & in

Digitized by Google

& in terra, & in mari, & in omnibus abiſſis, & nemo poteſt enarare opera eius, nec inueſtigare magnalia eius, nec enunciare virtutem magnitudinis eius, nec enarare miſericordiam eius, neſcis ò peſſime, ò ingratiſsime Dæmon, & origo omnium malorum, Quia ipſe dixit, & facta ſunt ipſe mãdauit, & creata ſunt. Fuge, fuge, fuge inuentor omniũ malorum, per Deum creatorem Cœli, & terræ, viſibiliũ, & inuiſibilium: cede ſuberſor Euangelij per eum, qui dat eſcam omni carni, da locum duriſſime Draco infernalis cum omni tua damnata ſocietate, & cũ omnibus ſpiritibus malignis, qui vexant hanc creaturam Dei N. fuge eiecte de loco inenarabili, & de ſocietate Sanctorum Angelorum per eum, qui nobiſcum eſt in omni tribulatione noſtra, vt ait Dauid dicens. Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Recede Sathana per eum, qui

Digitized by Google

post lacrimationem, & fletum, infundit exultationem, & non delectatur in perditionibus nostris; quia vult omnes saluos fieri, & venit vocare peccatores. Desine ✠ igitur o nefandissima creatura damnata ab hac tua nequitia, & vexatione, quæ tibi in fine nihil proderit; sed magis pœnas tuas augebit. Desine inquã hanc creaturam Dei opprimere, & occupare, da locum Deo, & cede o scorpio venenate, destructor orbis terrarum, homicida, apostata, fili perditionis, & magister errorum, quia in fine iniusti punientur, iusti autem hæreditabunt terram. O scelerate Dæmon, tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clipeo: ego autem venio ad te, & contra te in nomine, & virtute Dei omnipotentis, qui te ex nihilo creauit; venio ad te etiam in nomine Iesu Christi, in nomine Beatæ Virginis Mariæ, & in nomine Sancti Vbaldi, & dabit te Dominus in manũ meam, & per-

Digitized by Google

& persequtiam te, & etiam te de loco isto eijciam, vt sciat omnis terra, quia est Deus, & nouerit terra, quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus, ipsius enim est bellum, & tradet te in manus meas. Igitur cede Angele nigerrime Ministro Christi, quia per virtutem summi imperatoris nobis obedire teneris, quia in Euangelio Christus ait. In nomine meo Dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & super ægros manus imponent, & bene habebunt: & alibi dicit. Dedi vobis potestatem super virtutem inimici. Exorcizo ✠ atq; coniuro ✠ te maledicte Dæmon per hanc virtutem, vt fugias ab hac creatura Dei N. & nũquam introeas, neç tu, nec alius vice tua, & quod vni dico semper omnibus dico, tam in hoc exorcismo, quam in alijs. Ite igitur maledicti in ignem æternum, & præcipites ad sedes infernales cum omnibus vexantibus hãc creaturam,

Digitized by Google

vt sit pœnitus libera per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem.

CONIVRATIO III.

CONIVRO vos ✠ adiuro ✠ atque exorcizo ✠ spiritus inobedientes, tam præsentes, quam absentes, qui vexatis, & desideratis vexare hanc creaturam Dei N. item adiuro ✠ omnes spiritus, qui sunt parati dare auxilium

Digitized by Google

auxilium istis Dæmonibus, qui molestant, & vexant hanc creaturam Dei, in nomine Iesu fugiant præcipites. Coniuro vos ✠ Dęmones excomunicatos, vulceribus plenos per Sanctissimam Trinitatem, vt fugiatis ab hac creatura Dei, vt omnes illius partes, tam intrinsecas, quam extrinsecas liberas relinquatis, de illius vestibus, & de quacunq; re ad hanc creaturam spectante recedatis, per omnes Sanctos, & Sanctas Dei. Et præcipue exorcizo vos ✠ per S. Vbaldum Episcopum, speculum omniū Sanctarum virtutum, cui Deus dedit virtutem super vos infernales, & cruentas bestias, vt fugiatis realiter, virtualiter, personaliter, potestatiue, & effectualiter, sicut fugistis de Paradiso, quando Michael Archangelus pugnauit, & fecit victoriam, quia factum est prælium magnum in Cœlo, Michael, & Angeli eius præliabãtur cum Dracone, & Draco pugnabat, & Angeli

Digitized by Google

eius, & non prævaluerunt, neq; locus inuentus est eis amplius in cœlis, sed proiecti sunt cum Dracone illo magno, & Serpente antiquo, qui vocatur Diabolus, qui seducit Orbem.

O miserrimi Dæmones videte, & considerate miseriam vestram, & fugite, quia creati fuistis in tanta dignitate, & nunc propter superbiam vestram estis in tanta confusione, mœrore, & pœna. in Cælum conscendam similis ero altissimo: o verbum summę temeritatis, o ingratitudinem maximam, o flammis exurēdum scelus: quomodo cecidisti de Cœlo Lucifer, qui dicebas in corde tuo, in Cœlum conscendam, & similis ero altissimo, ò superbissime spiritus, o ingrate, ad infernum, ad profundum Lacum detraheris, quia nihil iustius est, quam humiliare superbum. O pessime Dæmon, Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Deum, qui te genuit dere-

Digitized by Google

dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini Creatoris tui. Ergo maledicte cum socijs tuis superbis in ignem æternũ, qui præparatus est Diabolo, & angelis eius. Nescitis, quia Deus deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles: Esurientes implenit bonis, & diuites dimisit inanes. Qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Virgo Maria se humiliauit, quando Archangelo Gabrieli dixit: Ecce Ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Ideo Deus exaltauit illam super omnes Sanctos, etiam super Angelos, & Archangelos, Tronos, Dominationes, & Potestates, & super omnes creaturas tã in Cœlo, quam in terra, & fecit eam Reginam, qui potens est, & qui fecit oriri solem super iustos, & iniustos, & humiliauit vos superbissimos, & ingratissimos spiritus, & superbissimos;

quia

Digitized by Google

quia Deus vos præcipitauit in ignem æternum, vſq; ad diem iudicij,& deinceps in ſempiternum.

Superbi, & arrogantes vocamini, ſed non eſt conſilium contra Deum. Tradat vos Deus, o ſerui inobediẽtes tortoribus infernalibus, donec obedientiam præſtetis Sacerdoti. O miſerrimi Dæmones fugite ab hac creatura Dei cum omnibus ſpiritibus vexantibus eã, ſiue ſint in corpore, ſiue extra corpus,per Sanctiſſimam Virginem Mariam, & per ſuam humilitatem, & per Incarnationem filij Dei, quia Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Coniuro ✠ vos, & exorcizo ✠ ò latrones infernales, vt fugiatis ab hac creatura cum omnibus armis veſtris Diabolicis,ſiue ſint in corpore, ſiue extra; per Sacroſanctam Natiuitatem Ieſu Chriſti; adiuro ✠ vos per illum, qui in Præſepio iacere voluit. Auerſi ſitis ab hac creatura per eum,qui magis manifeſtum

ſe

Digitized by Google

se fecit, & in templo præsentatus est; qui inuētus in medio Doctorum, qui à Ioanne baptizari voluit, qui quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ieiunauit, & a Diabulo tentari voluit. Aufero vobis potestatem nocendi huic creaturæ, etiam in ea commorandi, præcipio, & mando vobis, vt fugiatis, & hic manere non possitis per eum, qui cæcos illuminauit, surdos fecit audire, claudos ambulare, mortuos resuscitare: per eum, qui vexatos à spiritibus immundis liberauit, & infirmos propria virtute, & potestate sanauit; qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium. Dissipo consilia vestra, & vos fugo, o Viperæ mordaces, per Mansuetudinem S. Vbaldi, qui liberauit multos à spiritibus immundis, & multos cæcos illuminauit, claudos fecit ambulare, surdos audire, mutos loqui, mortuos resurgere, qui in carceribus detentos mirabiliter dissoluendos curauit,

Digitized by Google

uit, & maris tempestate afflictos subuenit, qui Ciuitatem Eugubinam liberauit signo Crucis, & defendit ab inimicis; qui paraliticum sanauit, & in periculis etiam vitæ versantes iuuit, & defendit; qui quasi innumerabiles infirmos grauissimis infirmitatibus vexatos sanauit. Quia Dominus cum multum dilexit, quod quotidie magis indicat in electione spirituum malignorum, & aliarũ infirmitatum: dicit enim Dominus seruis tuis, Hæc facient, & maiora horum facient. Igitur arripite fugam gigantes infernales, & fabri omniũ malorum, per omnes virtutes, & miracula S. Vbaldi; quod si non feceritis nunc væ væ væ vobis; Diuinam namq; concitatam relinquitis maiestatem, contra quam non datur consilium, nec deceptiuæ simulationis valet sagacitas. Quid igitur maledicte spiritus, & princeps tenebrarũ cogitas contra Dominum, vosque cœteri spiritus maledicti.

Ecce

Digitized by Google

Ecce ✠ Crucem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, fugite, quia vicit Leo de tribu Iuda Radix Dauid. Per iſta Sancta nomina Dei Tetragrammaton, Adonai, Atanatos, Ieſus Chriſti, vos maledicimus, vos conſtringimus, vos expellimus, vos perpetuo relegamus, anathematizamus, & in ſtagnū ignis, & ſulphuris ardentis mittimus, propter obſtinationem, & vexationem veſtram, & quanto maius nocumentum dabitis huic creaturæ, tanto maius ſupplicium veſtrum, & pænæ de momento in momentum creſcāt. ite, ite, ite, maledicti in ignem æternum. qui præparatus eſt Diabolo, & angelis ſuis.

Digitized by Google

CONIVRATIO IV.
Et primum peremptorium.

Citatio Demonis per Peremptorium primũ, secundum, & tertium vt citius fugiat.

ADHVC, ò serpentes antiqui estis in vestra maledicta, & peruersa obstinatione. Igitur pro primo peremptorio volvs præcipimus, vt fugiatis de ista creatura Dei N. cũ omnibus spiritibus immundis eã vexantibus, siue sint in corpore, siue extra corpus cum omnibus vexationibus, & armis

Digitized by Google

& armis vestris. vt pœnitus sit libera, & in hoc corpus nunquam veniatis, nec alij veniant vice vestra, & nullus spiritus possit facere huic creaturæ Dei N. vllam illusionem, nec realem, nec phantasticam, nec humores commouere, nec cibum, & potum turbare. Impero vobis ne loquamini eam, ne faciatis terrorem, vel appositionem, vel nocumentū aliquod, siue in die, siue in nocte, siue vigilando, siue dormiendo, sed realiter, virtualiter, personaliter, potestatiue, & effectualiter discedatis, fugiatis, sine offensa, sine nocumento animæ, & corporis huius Creaturæ, & sine nocumento circumstantium, & statim exeuntes ab hac creatura Dei, ite, ite ad sedes infernales, vel ad loca vobis à Deo deputata, hoc tamen modo, & his conditionibus, vt semper hęc creatura remaneat libera, & sana mente, & corpore, & ad illa loca vobis à Deo deputata vos ligo, vsq; ad diē ludicij,

& hæc

Digitized by Google

& hæc creatura sit terror vobis, & ignis ardens; sitq; etiam vobis terror hoc corpus, & hæc imago Dei.

Augumentum pœnarum in Dæmones.

Et hoc totum præcipio vobis spiritibus malignis, qui vexaris hanc creaturam Dei siue in corpore, siue extra, tam præsentes, quam absentes in virtute Sanctę Obedientiæ, & sub pœna excomunicationis maioris latę sententiæ; & sub pœna maledictionis æternæ, & sub pœna detrattionis in Baratrum statim ab exitu vestro, per manus inimicorum vestrorum, & sub pœna omnium pœnarum, quæ datæ sunt Dæmonibus in ista Ecclesia S. Vbaldi, à principio quando fundata fuit, vsq; nunc, & quæ in posterum dabuntur Dæmonibus. Videte ergo si velitis incurrere in tot mala, & pœnas, & nisi fugam praueritis, omnes supradictæ pœnæ venient super vos horribiliter. Ideo auctoritate Domini Nostri Iesu Christi vos exorcizamus, præcipimus, prohibemus, interdicimus,

Digitized by Google

dicimus moleſtiã, & inquietudinem, perturbationem, & vexationem huic creaturæ Dei N. cui promiſſa eſt pax electorum; eſt enim membrum Chriſti viuens,& vigens cũ cœteris membris eiuſdem capitis vno, & eodem pane ſimul veſcentibus, tanquam ea, quæ Sanctorum, atq; Electorum Ieſu Chriſti, credit, ſperat, profitetur,& amat communionem. Secedite illico,& repente ad veſtras tartareas domos ite nunc, ite nunc in infernorum cauernas in nomine ✠ Patris,& ✠ Filij, & ✠ Spiritus Sancti. Amen.

Audi maledicte Sathana pro nobis, nõ pro te factus eſt Chriſtus obediens vſque ad mortem Crucis, quia dereliquiſti Deum factorem tuũ, creatorem tuum, & oblitus es Domini Dei tui,quia dilexiſti malitiam ſupra benignitatem,iniquitatẽ ſupra æquitatẽ, quia dilexiſti omnia verba præcipitationis, & linguam doloſam. Propterea Deus deſtruet te, euellet

Digitized by Google

te de tabernaculo tuo,& radicem tuã de terra viuentium. Tibi ergo imperat, qui te de ſuperna ſede Cœlorum ad inferiora terræ demergi præcepit.

Audi ò inimice fidei, mortis auctor, iuſtitię raptor, malorum radix, inuentor inuidiæ, & auaritiæ pater, origo ſuperbiæ, quid ſtas, & reſiſtis verbis Dei, cum ſcias, cum tuas perdere vires? Adiuro ✠ te, & vos carbonarij caliginoſi per Baculum veſtrum,ſcilicet Vbaldum Sanctum,qui ſuper vos habet poteſtatem maximã. Audite,& videte maledicti: Vbaldum vix natum à parentibus Deo offerri.

Efficacia Orationis Diui Vbaldi.

Præcipio vobis, vt fugiatis per Orationem S. Vbaldi, quæ potuit terræ ſcaturigines aperire, fontem formare ad extinguendam ſitim matris, cum eo Peruſia redeuntis, dum ipſe baculo, cui initebatur terram percuſſit. Aufero vobis poteſtatem omnem nocendi huic creaturæ, & fugo vos per immaculatã virginitatem S. Vbaldi,

qui

Digitized by Google

qui cum esset quinque annorum promisit Deo voto seruare virginitatem. O serpentes maledicti multum vobis nocet Virginitas hæc. Fugite igitur maledicti, discedite velociter aquilones infernales,& iniquissimi inuentores vitiorum per S. Vbaldum, qui cum tentatus esset ab amicis, & vxorem ducere omnino recusauit, & pro Christo militare decreuit, o miserrime Lucifer, o vos omnes maledicti Diaboli,audite. Coniuro ✠ vos,& fugo ab ista creatura N. cum omnibus maleficijs, incantationibus, ligationibus, signaturis, fascinationibus, & facturis vestris, siue sint in corpore, siue extra,quæ omnia destruo,& anihilo in nomine Iesu, & per virtutem S. Vbaldi,qui viuit in gloria Dei Patris,& Filij,& Spiritus Sancti. Amen. Et hoc sit pro primo Peremptorio.

S. Vbaldus virginitatem seruauit.

Digitized by Google

CONIVRATIO V.
Et ſecundum Peremptorium.

3. Vbaldus fuit currus omnium virtutum.

EXORCIZO vos ✠ infernales beſtias, & Baſiliſcos plenos omnium vitiorum, & omnium malorum, quæ in mundo ſunt, & erunt in poſterum, per Vbaldum Sanctum, qui fuit armarium omnium Sanctarum virtutum, vt fugiatis ab hac creatura Dei N.

O au-

Digitized by Google

O audaces Leones, & dãnati Diaboli, & canes rabidi, audite, & confusi fugite. Quid profundi estis corde, vt à Deo abscondatis consilium, dicentes, quis nos videt, & quis nouit nos? peruersa est ista cogitatio, quasi si lutum cõtra figulum cogitet, & dicat opus factori suo. Nõ feciſti me, & figmentum dicat factori suo. Non intelligit ille, quem nullum latet secretum, & corripit gentes, non vos arguet? arguet, & vos, confundet, & confusos ab hoc corpore eijciet, & eiectos, in inferno trucidabit in sęcula sæculorum.

O angues tortuosi, audite tigrides veloces, & grifi infernales, adiuro ✠ vos, & coniuro ✠ vt fugiatis ab hac creatura, per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per S. Vbaldum qui corpus diris, & assiduis ieiunijs macerabat, sicut illud Apostoli. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.

Abstinentia erat in D. Vbaldo

Digitized by Google

Humilitatem coluit D. Vbaldo.

Adiuro ✠ vos per S. Vbaldum, qui humilitatis causa indignum se iudicabat Sacerdotio, nam inuitus ordinatus fuit à S. Ioanne Laudense. Fugo vos per nimiam charitatem S. Vbaldi, qui, mortua Matre, omnia sua bona pauperibus, & Ecclesijs distribuit. Fugite maledicti ab hac creatura Dei N. per Vbaldum Sanctum, & non relinquatis in hac creatura aliquod signum Diaboli, vel maleficij, vel facturæ, vel cuiusuis vexationis Diabolicæ, nec in corpore, nec circa, nec relinquatis aliquem Dæmonem in loco, vel vice vestra, nec in corpore, nec circa corpus, ita vt nunquam possitis introducere aliquod nocumẽtum in hanc creaturam, nec per vos, nec per alios, siue maleficos, siue maleficas, nec in corpore, nec circa possitis relinquere in hac creatura aliquam debilitatem, vel dolorem, vel infirmitatem, vel aliquod aliud nocumentũ, nec possitis applicare actiua passiuis,

Digitized by Google

passiuis, sed realiter, & effectiue fugite per Sanguinem Domini Nostri Iesu Christi à capite, à vertice, à frõte, ab oculis, à lingua, à sublingua, ab auribus, à naribus, à collo, à maxillis, à dentibus, à gutture, à gengiuis, ab ore, à palato, à cerebro, à panniculis cerebri, à cilijs, à supercilijs, à pedibus, à tibijs, à genibus, à cruribus, à partibus verecudis, à lateribus, ab intestinis superioribus, & inferioribus, à femore, à ventre, à stomacho, à corde, à spatulis, ab humeris, à pectore, à brachijs, à manibus, ab vnguibus, ab ossibus, à neruis, à medullis, à pulmone, à compaginibus membrorum, ab omnibus iuncturis, & à toto corpore, & ab omnibus partibus corporis, & de vestimentis eius intus, & foris de tota carne, de tota pelle, de toto sanguine, & à quocunq; loco, vbi latitetis, & latere possitis; separate vos ab hac creatura, sicut Deus separauit Cœlum à terra,

Generalis modus fugandi Dæmones à creatura.

Digitized by Google

lucem, à tenebris, veritatem, à mendacio, bonum à malo, sic sitis separati ab ista creatura Dei immundissimi spiritus nunc, & semper, per eum, qui venturus est, iudicare viuos, & mortuos, & sæculũ per ignem. Et hoc totum præcipio vobis pro secundo Peremptorio, per omnes Sanctos, & Sanctas Dei, & in virtute Sanctę obedientię, & sub pœna excomunicationis maioris latæ sententię, & sub pœna maledictionis æternæ, & sub pœna detrusionis in baratrum statim ab exitu vestro huius creaturæ per manus inimicorum vestrorum, & sub pęna omnium pœnarum, quæ datæ sunt Dæmonibus in ista Ecclesia S. Vbaldi à principio quando fundata fuit, vsq; nunc, & quæ imposterum dandæ sunt Dæmonibus casu inobediętię vestræ. Fugite festinanter cõfusi ab hac creatura Dei, & de sua persona, vbicunq; sitis eo modo, & ijs conditionibus dictis supra, & quę infra dicendę erunt,

& præ-

Digitized by Google

& præsenti signo Sancte ✠ Crucis, sicut vos fugare studeo, sic omne maleficium dissolutum, distructum, & dissipatum esse decerno, sicut Deus per ignem destruxit quinq; ciuitates. Ideo absoluo hanc creaturam Dei N. ab omnibus incãtationibus, & facturis cuiuscunq; generis, & ab omnibus Dæmonibus, quæ omnia Diabolica destruo, & anihilo. Flagello vos bestias inobedientes, & fugo per Vbaldum Sanctum dissipatorem vestrarum malarum cogitationum. Fugo vos ianitores inferni per patientiã Vbaldi, quam habuit quando Ecclesiam suam ab igne combustam iterum ędificauit. Coniuro vos ✠ eijcio, atque supplanto per Vbaldum Sanctum, qui vt melius Deo seruiret Rauennam profectus in Cœnobio Portuensi Canonicorum Regularium Lateranensium Apostolicum habitum pie suscepit, ibiq; professus regulam, & ordinem viuendi, non solum imbuit, sed in

Patientia S. Vbaldi.

D Vbaldus fuit Canon. Reg. Lat.

Digitized by Google

in ſcriptis portauit ſecum, & rediens Eugubium Regulam in Itinere amiſſam inũdantis pluuię iniuria illeſam, nec madefactam quidem reperijt: in Cathedrali Eugubina inſtituit tres tantum Clericos, cum alij noluiſſent viuendi regularem rationem accipere. Videte, & conſiderate o inuidi ſpiritus, pleni omnium malorum, & vitiorum illum feruorem S. Vbaldi, qui nihil cupiebat, niſi ſeruire Deo, quia ſeruire Deo regnare eſt: & vos noluiſtis Deo ſeruire, & obedire; ideo damnati eſtis, animaduertite ò excomunicati ſpiritus, quod pluuia non potuit vaſtare illum librum S. Vbaldi; quia Dominus noluit. Videte, expaueſcite, & fugite ò miſerrimi. Quam bonus Deus ijs, qui recto ſunt corde; quia Dominus non ſolum ſeruat ſuos a malo; ſed etiam ea, quæ ſunt eorum. Confuſi præcipites ite in ignem æternum, & fugite a ſeruis Dei, a quibus ſæpe ſeparati, & confuſi

Canonica Eugubina reformata fuit à D. Vbaldo.

Digitized by Google

fusi fuistis, & fugistis, ò ingratissimi, date locum Deo, sinite hanc creaturam Dei, per S. Vbaldum Virginem flagellum Inferni; quia ego Carolus in nomine suo vos fugo, vos flagello, vos maledico, ò Carbonarij caliginosi, vos confundo ò meretrices inuerecundæ in isto S. Nomine Vbaldi, vos eijcio, vos contero, vos contamino, vos crucio, vos lapido, vos precipito, vos lacero. Præcipites igitur ruuite in Baratrum, & maledicti sitis, & vos quicumque inuenerit maledicat vobis, & qui vos maledixerit benedictionibus repleatur. Discedite, quia nulla portio vobis est cum seruis Dei, quorũ hæreditas est crux Christi. Coniuro ✠ vos per Salutationem Angelicam, & per S. Bernardum, qui dicit. Cœlum ridet, Angelus gaudet, Mundus exultat, Infernus contremiscit, Dæmones fugiunt dum dico. Aue Maria gratia plena Dominus tecum. Fugite maledicti per istam Sanctam

Exprobatio in malis spiritibus.

Sententia D. Bernardi ad Mariam;

Digitized by Google

ctam Salutationem Mariæ, quæ valet ad vos fugandos, nolite esse tam obstinati, sed sinite hanc creaturã Dei, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Et hoc sit pro secundo Peremptorio.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO VI.

Et tertium peremptorium.

O Prædones Infernales venio ad vos armatus in nomine Dei omnipotentis, qui vos creauit, qui vos de ſupernis ſedibus eliminauit, qui vos ad carceres igneos, ſulphureoſq; eiecit, ſiue vnus, ſiue plures ſitis; & in nomine B. Mariæ Virginis, in nomine Sanctorum Angelorum, & præcipue

Digitized by Google

præcipue Angeli Cuſtodis huius creaturæ, & mei, in nomine Sanctorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, in nomine, virtuteq; S. Vbaldi Epiſcopi, & Confeſſoris, & in nomine omnium Electorum Dei, Coniuro ✠ vos, adiuro ✠ & præcipio, vt fugiatis omnes eo modo, & ijs conditionibus dictis, ſeruatis omnibus circumſtantijs, & clauſulis debitis ſupradictis, vt creatura hæc ſit pœnitus libera, & totum vobis præcipio pro tertio, & vltimo peremptorio, per Beatam Virginem Mariam, & Sanctum Vbaldum, & in virtute Sanctę Obedientiæ, & ſub pęna Excomunicationis maioris latæ ſententiæ, & ſub pœna maledictionis æternæ, & ſub pœna detruſionis in baratrum ſtatim ab exitu veſtro ab hac Creatura per manus inimicorum veſtrorum, vſq; ad diem Iudicij, & ſub pœna omnium pœnarum, quæ datæ ſunt in iſta Eccleſia S. Vbaldi à principio, quando fundata fuit, vſque nunc,

Digitized by Google

nunc, & quæ in posterum dandæ sunt Dæmonibus, casu inobedientiæ vestræ, & has omnes pœnas nisi fugam parueritis, finito hoc peremptorio, declarabo vos esse incursos in omnes & semper de die in diem, de hora in horam, & de momẽto in momentum augeantur, donec exieritis, & patiamini pœnas intollerabiles, & summã afflictionem donec fugiatis, vt supra dixi.

Adiuro ✠ vos, atq; exorcizo, & in nomine Iesu præcipio ne amplius habeatis licentiam, aut potestatem super hanc creaturam Dei N. vel supra domum, vel supra res ipsius. Hinc fugite miserrimi, & sceleratissimi spiritus, & liquescere faciat vos Deus, sicut liquescit cera à facie ignis: ne amplius habeatis facultatem faciendi vllum dolorem, aut vexationem alicuius generis huic seruæ Dei, siue in carne, siue in ossibus, siue in qualibet parte corporis, siue circa corpus

Digitized by Google

pus, siue in aere, siue in terra, siue sub terram, siue in aqua, siue in igne siue in aliquo alio loco, & hoc totum præcipio vobis, & omnibus, qui vexant hãc creaturam Dei, siue in corpore, siue extra sint, & qui dãt etiam auxilium, & fauorem istis Dæmonibus vexantibus, Per Sanctissimam Trinitatem Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ✠ Sanctum. Item coniuro vos ✠ & adiuro ✠ ò peccatores obstinati, & immundissimi spiritus, per S. Vbaldum, & per humilitatem suã, vt fugiatis; quia mortuo Episcopo Perusino, Vbaldus electus fugit ad Eremum, vbi tam diu latuit, quam diu alius iuberetur Episcopus, alias etiam ad hanc dignitatem euectus, alterius Ciuitatis, comuni cõsensu pedes Romam profectus, ab Honorio Papa resignationem obtinuit. O superbissimi Dæmones, audistis maximam humilitatem S. Vbaldi, quid vobis videtur, & vos tam ambitiosi fuistis, quod

quod dixistis, similes erimus altissimo. O maledicti Diaboli fugite, fugite, fugite, nescitis, quod Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam: Diuo Vbaldo Deus dedit gratiam curandi infirmos, & vobis, qui estis superbi, immo superbissimi Deus dedit ignem æternum, confusionem, pœnam, & summam afflictionem, & semper eritis damnati, quia in Inferno nulla est redemptio.

O Rebelles Dei ✠ adiuro vos, vt fugiatis, vt fugiatis per consecrationem S. Vbaldi, quando consacratus fuit Episcopus Eugubinæ Ecclesiæ, nã missus ab Eugubinis ad Honorium Secundum, vt ijs nouum Præsulem prouidere dignaretur, qui Dei monitu ipsum Vbaldum, quamuis inuitum proprijs manibus Episcopum Eugubinum consacrauit. Audite maledicti, & fugite, quia præcipio vobis per patientiam S. Vbaldi, qui etiã ab ipsis suis familiaribus iniurijs affectus,

Digitized by Google

patientissime tolerauit. O damnati, quare non fugitis audientes virtutes S. Vbaldi? Fugite, fugite, fugite: nam S. Vbaldus à suo lanitore aliquando exclusus, etiam semel ostio in fronte percussus, nullam vindictã excogitauit: & cũ quosdã ad instantiam Ciuium iniuste excomunicare nollet, ab eius ministerio omnes Clerici ablati fuerũt, adeo vt etiam ad Missam celebrandam vnicam aliquando famulum habere non potuerit, & patienter tulit.

S. Vbaldus percutitur in fronte.

Obstupescite ò impatiẽtissimi Dæmones, & hinc recedite audientes tantas iniurias factas D. Vbaldo ab eo omnes patienter latas: nam adiuro ✠ vos o infernales homicidæ, vt hanc creaturam relinquatis sanam, & liberam mentis, & corporis. O insensati Dęmones Audite. O superbi, qui inter omnes vitiosos semper estis primi, & vltimi, deserite hanc creaturã Dei per omnes iniurias S. Vbaldo factas,

Digitized by Google

factas, nam cũ murum Ciuitatis iuxta vineam Episcopi aliqui separarent, & cloacam in vineam infundentem facerent, quod Vbaldus prohibere volens, cum iniuria in cementũ liquidam coniectus, & sordidatus benigne sustulit, quosdam quoq; eius affines iniuriam vlcisci volentes, omnino prohibuit. Videte maledicti quantas iniurias S. Vbaldus sustulerit libenter sine turbatione minima. Ideo fugite per patientiã suam. Durum est vobis contra stimulum calcitrare, & Christo velle resistere. Recedite ò viliſſimi spiritus adiurati per tot, ac tam Sanctiſſima verba, quia quanto tardius exietis, tãto maius vobis supplicium crescet, & quanto magis hæc creatura Dei affligitur, tanto maius illius præmium augetur. O damnati non hominem contemnitis, sed eum, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium. O seductores gentiũ non est differendum tempus, Dominator

S. Vbaldus in cemento iactatus fuit.

Digitized by Google

Dominus se se approximat cito, & ignis ardebit ante ipsum, & præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos suos, nã si hominem decipitis, Deum irridere non poteritis; ille vos ejicit, cuius oculis nihil occultum est. ille vos expellit, cuius virtuti omnia subiecta sunt. ille vos excludit, qui vos, & angelis vestris maledictis præparauit ghenam ignis, de cuius ore exiet gladius bis acutus, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Ideo ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est vobis, & angelis vestris maledictis, ò miserrimi, & super omnes creaturas rationales, & irrationales infelicissimi, fugite, fugite, date locum Spiritui Sancto. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen, Et hoc sit pro tertio, & vltimo Peremptorio.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO VII.

Et ſententia ferenda contra Dæmones obſtinatos.

HIC Exorciſta habeat tres figuras Dæmonum cũ vniuſcuiuſque nomine, & tres candelabra de-

Præparatio ad anathematizãdos malignos ſpiritus.

Digitized by Google

delas nigras,& tres lapides,& quando dicuntur illa verba ✠ Maledico, Anathematizo,cum furore proijciatur in terrã vna figura Dæmonis cũ vna ex tribus candelis, & vno lapide, & ſtatim illa figura,quę eſt in terra acu perforetur, pedibuſq; laceretur, & cum dicitur ✠ Pereant, ſtatim comburatur, & ter dicitur hæc ſententia.

O maledicti damnati, quia reſiſtitis mandatis Dei,per me vobis factis, & creatori veſtro rebelles eſtis,& nobis,& præceptis ſuis, B. M. Virginis, & dictis

& dictis Apostolorum, Euangelistarum, Martyrum, & Confessorum, & Virginum, quorum dicta lectaq; neglexistis, vos omnes cõdemno ad Infernale supplicium, & ignem, qui vos vrat, præsente Deo, qui vos cõburat, ipso iubente, qui viuat, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

O insensati peremptorie citati fuistis ad relinquendam hãc creaturam adhuc in obstinatione estis è Ideo declaro vos esse incursos in omnes pœnas superius explicatas, quæ donec exieritis semper in millecuplum crescant, & patiamini pœnas insoportabiles, maledicti estote, & cruciemini in hoc corpore, supra omnes cruciatus, qui sunt in Inferno, & in hoc mundo, & semper augeantur pœnæ vestræ donec exieritis.

Accipite ò aspides tartarei, & dãnati Diaboli meritum inobedientiæ vestræ: & vbicunq; sitis Dæmones, qui hanc creaturam Dei N. molesta-

Digitized by Google

re præsumitis præcipio vobis coram Maiestate Diuina Domini Nostri Iesu Christi, ò condemnati, in nomine S. Ecclesiæ, vt eatis ad loca vobis à Deo deputata.

Fulminatio excommunicationis in Dæmones.

Ego Carolus Sacerdos Dei omnipotentis vos ✠ Maledico, vos anathematizo, vos excomunico, & interdico vobis vexationem, molestiã, nocumentum, & perturbationem huic creaturæ Dei, siue hoc nocumentum sit in corpore, siue circa, & præcipio, vt fugiatis eo modo, & conditionibus dictis, & Maledicti sitis à Deo, à Beata Virgine Maria, à Sanctis Angelis, à S. Vbaldo, & ab omnibus Sanctis Dei. Ideo ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est vobis, & socijs vestris.

✠ Pereant ergo omnes cogitationes vestræ in detrimentum, & confusionem vestram, ò spiritus damnati, & maledicti, ad laudem Dei, & pœnam vestram terribilem, & maledictionem æternam,

Digitized by Google

æternam, & expulsionem subitaneam ab hac creatura Dei N. vbicunq; latitatis, nomen vestrum, & imaginem Diabolicam vestram fabricatam potenter in ignem posui, ita sicut successiue combu itur nomen vestrum, & imago Diabolica, & in vobis metipsis maledictis æternaliter sentiatis flammas, & horribiliter comburamini acrius, & durius plus in mille cuplum, quam ignis istis hãc scedulam, & imaginem comburit, quæ semper augumententur, vsq; ad diem Iudicij, sic quod taliter, & festinanter victi potenter exire coarctemini de hac, & ab hac creatura Dei N. vbicunq; latitetis eo modo, & conditionibus supra dictis, quibus pœnis nullo modo potestis resistere, quin victi, & confusi recedatis. Nullus ergo spiritus, siue paruus, siue cuiuscunq; conditionis, & potentiæ existat, adeo audax, & adeo impudens, vt eas vobis auferre, eisque resistere valeat, vt vobis

obediens

Digitized by Google

obediens præbeat aliquod ſubſidium potentiæ veſtræ ; & ſtatim fiat quicquid dixi per potentiam Ieſus Chriſti, & tu Domine confirma hæc tua virtute, & potentia, ſicut confirmaſti Sanctos Angelos tuos in gratia, qui tecũ remanſerunt. Rogo te Domine Ieſu Chriſte, vt confirmes has pœnas per merita Serui Tui Vbaldi, cui dediſti virtutem ſuper malignos ſpiritus. Fiat, fiat, fiat.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO VIII.

EGO Carolus Sacerdos Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui diſcipulis ſuis, & nobis dedit poteſtatem calcandi ſuperbos Serpentes, & Dæmones, & hanc poteſtatem reliquit in hoc mundo; tota vi, & conatu animæ, & corporis, in quantum auctoritas mea ſe extendit, ſuper vos montes ſuperbiæ, & ſpiritus inuidos

ſaluti

Digitized by Google

Modus maledicēdi Dæmones membris creaturæ.

saluti nostræ ante tribunal Iesu Christi vos Anathematizo, vos maledico, vos ejicio, & maledicti sitis in omni membrorum compagine huius creaturæ Dei N. maledicti sitis in partibus essentialibus, integralibus, substantialibus, accidentalibus, maioribus, minoribus, interioribus, exterioribus, superioribus, inferioribus, anterioribus, posteriorbus, lateralibus, pilis, superfluitatibus, coadhærentijs, vestibus, & in omnibus, ad ipsam pertinentibus: maledicti sitis, in carne, in neruis, in ossibus, in medullis, & in omnibus humoribus eius, & in toto corpore intus, & foris, & maledicti etiã sitis extra corpus hoc in omni loco, in igne, in aere, in aqua, in terra; maledicti sitis sursum, deorsum, in oriente, occidente, septentrione, & meridie.

Maledicti, damnati, quia noluistis obedire mandatis, & præceptis Dei per me vobis factis, coram Maiestate Diuina,

Digitized by Google

Diuina, vos maledico, vos anathematizo, vos eijcio, & fugo per omnia supra dicta; & maledicti sitis à Deo, & à S. Vbaldo baculo vestro, maledico vos, & fugo per Sanctissimam Trinitatẽ, Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ✠ Sanctum. & maledicti sitis per Sanctam Annunciationem Verbi æterni, maledicti sitis per Natiuitatem Christi, per Circuncisionem, & Apparitionem Christi. Maledico vos & præcipio, vt pœnitus fugiatis ab hac creatura Dei N. per Sanctissimam Virginem Mariam, & per omnes suas virtutes, & merita, maledicti sitis per Baptismum, & Sanctum Ieiunium Christi, per Sanctam in terris conuersationem Christi, per Trasfigurationem Christi, per doctrinã Christi, per miracula, in quibus semper extitistis confusi, & superati, per cœnam, & ablutionem discipulorum Christi, per Orationem in Monte Oliueto, per sudorem Sanguineum Christi, maledicti

Coniuratio fundata super Passionem D. N. I. C.

Digitized by Google

dicti sitis, & eiecti de hoc corpore, per columnam, ad quam Christus ligatus fuit, per dura flagella, quæ Christum lacerauerunt, per spineam coronam Christi. Maledicti sitis, & eiecti ab hac creatura Dei N. per opprobria, quibus affectus fuit Christus, Per clauos, quibus Christus affixus fuit in Cruce. Maledico vos, & fugo per Spongeam, per quam acetum, & fel datum fuit Christo. Coniuro vos ✠ maledico, & eijcio per lanceã, quæ aperuit latus Christi. Coniuro vos ✠ & præcipio, vt fugiatis, o maledicti Diaboli per verba, quæ Christus dixit in Cruce, idest. Pater ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt. Maledico vos, & præcipio, vt statim fugiatis ab hac creatura Dei N. per sanctum testamentum, in quo discipulum Matri, & Matrem Discipulo commendauit. Fugo vos, & maledico per cõuersionem latronis existentis in Cruce. Maledico vos, & fugo

eo

Digitized by Google

eo modo, & conditionibus ſupradictis, per vocem magnam clamantis Chriſti Ely, Ely, Lamazabathani. Fugo vos per ſanctam inclinationem capitis Chriſti, & emiſſionem ſpiritus. Maledico vos, & eijcio per quinque vulnera Chriſti. Maledicti ſitis, & eiecti, per Sanguinē Ieſus Chriſti, & per Crucem eius, & per ſanctum Sudarium, quo fuit velatum eius corpus, per ſepulturam Chriſti, per deſcenſionem Chriſti ad inferos, & recuperationem animarum. Maledicti ſitis per reſurrectionem Chriſti, & diſcipulorum inſtructionem. Maledico vos, & eijcio per admirabilem Aſcenſionem Chriſti. Maledico vos & fugo per miſſionem Spiritus Sancti ad diſcipulos, & per aduentum Chriſti in die Iudicij tremendi, quando Chriſtus dicet vobis, ite maledicti in ignem æternum. Maledico vos, & eijcio ab hac creatura Dei N. per omnia mirabilia, quæ Chriſtus dixit, & com-

Digitized by Google

& compleuit. Maledicti sitis tandem per omnia merita, & operationes S. Vbaldi. Omnes pœnæ, & afflictiones valde amaræ, quæ dici, aut excogitari, aut haberi possunt in nomine Christi, & Diui Vbaldi super vos irruant, & semper excrucient vos, donec exieritis, & quia potētes estis potentissima tormenta patiamini, quia, nemine suggerente, peccastis, & in vinea Sabaoth, & propria vestra superbia feciſtis, ingrati, labruscas. Igitur in nomine Iesu trado vos cunctis Dæmonibus in conculcationem, & consumationem, ita vt in nomine Christi sit ligata omnis potentia vestra. Amen.

Digitized by Google

Initium Sancti Euangelij ſecundum Ioannem.

℟. Gloria tibi Domine.

IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum, omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil, quod factum eſt, in ipſo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eum non comprehenderunt, fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, & omnes crederent per illum: non erat ille lux, ſed vt teſtimonium perhiberet de lumine: erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: in mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mundus eum non cognouit. In propria venit, & *Incipiunt Sacroſancta Euangelia.*

Digitized by Google

sui eum non receperunt. Quot quot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: his, qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. ET VERBVM CARO FACTVM EST, & habitauit in nobis, & vidimus gloriã eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ, & veritatis. ℟. Laus tibi Christe.

Deinde dicat Sacerdos etiam ad alia Euãgelia.

Per Euangelia dicta extinguatur in te omnis virtus Diabolica, & infundatur virtus Diuina.

Sequentia S. Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 16. IN illo tempore recumbẽtibus vndecim Discipulis, apparuit illis Iesus,

Digitized by Google

Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiem cordis, quia his, qui viderant eum resurrexisse, nõ crediderunt, & dixit eis. Euntes in mundum, vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos, qui crediderint hęc sequuntur, in nomine meo Dæmonia eijcient. Linguis loquentur nouis, serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Et Dominus Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in Cœlum, & sedet à dextris Dei: illi autem profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermone confirmante, sequentibus signis. ℟. Laus tibi Christe.

Digitized by Google

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

Cap. 11. IN illo tempore erat Iesus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum; & cum eiecisset Dæmonium locutus est mutus, & admiratæ sunt Turbæ. Quidam autem ex eis dixerunt. In Belzebub Principe Dęmoniorum eijcit Dæmonia. Et alij tentantes signũ de Cœlo quærebant ab eo. Ipse autem, vt vidit cogitationes eorum dixit. Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet. Si autem, & Sathanas in se ipsum diuisus est, quomodo stabit regnum ipsius: quia dicitis in Belzebub eijcere me Dæmonia? Si autem ego in Belzebub eijcio Dęmonia, filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi Iudices vestri erunt. Porro si ego in digito Dei eijcio Dæmonia, profecto peruenit in vos regnũ Dei. Cum fortis

Digitized by Google

fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia, quæ possidet: si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius aufert, in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, aduersum me est; & qui nō colligit mecum, dispergit. Cum immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca inaquosa quærens requiem, & non inueniens, dicit, reuertar in domum meam, vnde exiui; & cum venerit, inuenit eam scopis mundatam, & ornatam: & tunc vadit, & assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem cū hoc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi. Beatus venter, qui te portauit, & vbera, quæ suxisti: at ille dixit. Quinimo beati, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

℟. Laus tibi Christe.

Digitized by Google

Sequentia S. Euangelij secundum Matthęum.

Cap. 4. IN illo tempore ductus est Iesus in desertum à spiritu, vt tentaretur à Diabulo, & cum ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esurijt. & accedens tentator dixit ei. Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respondens dixit. Scriptum est, non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eũ Diabulus in Sanctam Ciuitatem, & statuit eũ supra pinnaculum templi; & dixit ei. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, quia Angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum. Scriptum est, non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum Diabulus in montem

Digitized by Google

montem Excelsum valde, & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit illi; Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus, vade Sathana. Scriptū est enim Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Tunc reliquit eum Diabolus, & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.

℟. Laus tibi Christe.

Sequentia S. Euangelij secundum Lucam.

IN illo tempore surgens Iesus de Synagoga introiuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauit eum pro ea, & stans super illam imperauit febri, & dimisit illam, & continuo surgens ministrabat illis. Cum Sol autem occidisset, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus, ducebant illos ad Iesum. at ille singu- Cap 4.

Digitized by Google

lis manus imponens curabat eos. exibant autem Dæmonia à multis clamantia, & dicentia, quia tu es filius Dei, & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebãt ipsũ esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum, & venerunt vsq; ad ipsum, & detinebant illum, ne discederet ab eis, quibus ille ait. Quia, & alijs ciuitatibus oportet Euangelizare Regnum Dei: quia Ideo missus sum. Et erat prædicans in Synagoga Galileæ.

℟. Laus tibi Christe.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthęum.

IN illo tempore cum introisset Iesus Capharnaum accessit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens. Domine puer meus iacet in domo paraliticus, & male torquetur. & ait illi Iesus, ego veniam, & curabo eum:

& re-

Digitized by Google

& respondens Centurio, ait, Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum; sed tantum dic verbum, & sanabitur puer meus. Audiens autem Iesus miratus est, & sequentibus se dixit. Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israel, & dixit Iesus Centurioni. Vade, & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer eius in illa hora.

Sequentia S. Euangelij secundum Marcum.

IN illo tempore respondens vnus de turba dixit ad Iesum, Magister, attuli filium meum ad te, habentem spiritum mutum, qui vbicunque eum apprænderit, allidit eum, & spumat & stridet dentibus, & arexit, & dixi discipulis tuis, vt eijcerent eum, & non potuerunt. qui respondens eis dixit, ò generatio incredula, quamdiu apud vos ero? quamdiu patiar. afferte, Cap. 9.

illum

illum ad me, & attulerũt eum, & cum vidisset illum statim spiritus conturbauit eum, & elisus in terram volutabatur spumans. Et interrogauit patrem eius, quantum temporis est, ex quo ei hoc accidit? at ille ait ab infantia. & frequenter eum in ignem, & aquam misit, vt eum perderet, sed si quid potes adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi. Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti, & continuo exclamans Pater pueri cum lacrymis aiebat, Domine Domine adiuua incredulitatem meam. Et cum videret Iesus concurrentem turbam, comminatus est spiritui immũdo, dicens illi, surde & mute spiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius non introeas in eum, & exclamans, & multum discrepans eum, exiuit ab eo, & factus est sicut mortuus: ita vt multi dicerent, quia mortuus est. Iesus aut tenens manum eius, eleuauit eum, & surrexit, & cum introisset
Digitized by Google

introiſſet, in domum diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum. Quare non potuimus eijcere illum? & dixit illis. Hoc genus Dæmoniorũ in nullo poteſt exire, niſi oratione, & ieiunio.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore reuerſi sũt ſeptuaginta duo diſcipuli cum gaudio dicentes. Domine etiam Dæmonia ſubijciuntur nobis in nomine tuo, & ait videbam Sathanas ſicut fulgur de Cœlo cadens. ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere, quia ſpiritus ſubijciuntur vobis: gaudete autem, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in Cœlis. ℟. Laus tibi Chriſte.

Oratio

Digitized by Google

Oratio.

DOMINE Ieſu Chriſte quæſo libera hanc creaturam ab omni infirmitate, & tribulatione, ſicut liberaſti Enoch, & Eliam, de cõmuni morte mundi, & ſicut liberaſti Noè de diluuio libera Domine hanc tuã creaturã à ſpiritibus; ſicut liberaſti Loth de ſodomis, & de flamma ignis; libera Domine, & fuga hos Dæmones, ſicut liberaſti Danielem de lacu leonum, & Suſannam de falſo crimine, & B. Teclam de tormentis, ſic liberare digneris hanc creaturam. Amen.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO IX.

CONIVRO vos ✠ & adiuro, ò inuidi, & obstinati Dæmones, vt fugiatis in nomine Iesu ab hac creatura Dei N. cum omnibus sequacibus vestris, armis, & omnibus maleficijs, & incantationibus vestris, siue sint in corpore, siue extra: quæ omnia in virtute Dei, ego Carolus minister Christi destruo, & anihilo, ita vt non essent facta, & quæ imposterum factæ erunt,

Digitized by Google

erunt, item ſemper in virtute Dei deſtruo, & anihilo. Nolite ò maledicti extollere in altum cornu veſtrum, nolite loqui aduerſus Deum iniquitatẽ, ſed humiliamini ſub potenti manu Dei; quia contra Deum non eſt conſilium, nec ſcientia: ò inſenſati relinquite hanc creaturã Dei, & nunquam eam auertere poteritis, quia Chriſtus cuſtos eius eſt, & quanto magis affligitur, notum vobis ſit, ò maledicti, quod maius præmiũ augetur pro hac creatura. Apertus eſt Paradiſus, & plantatum eſt lignum vitæ, & pro vobis cataractæ Inferni apertæ ſunt; non cognoſcitis ò miſerrimi, quod Deus conſolatur hanc creaturam in omni tribulatione ſua, & ſemper dicit, paratum cor meum Deus, paratum cor meum ſperare in Domino: etiam dicit tu es refugium meum in tribulatione, quæ circundedit me, ſi conſiſtant aduerſum me caſtra non timebit cor meum, quia in te Domine confido, & ſcio

& ſcio, quod qui vult viuere pie in Domino, perſecutiones patietur, & Beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam; quoniã ipſorum eſt Regnum Cœlorum. Ideo ò ſceleratiſſimi, quãto magis affligitis hãc creaturam tãto etiam præmium augetur. Fugite maledicti, & ſcitote, quod hęc creatura non vos timet, & ſcriptura dicit in cõſolatione veſtra, ne paueas repentino terrore, & irruentes tibi potentias imperiorũ. Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum, & ne capiaris, hæc creatura dicit etiã, ſi occideris me in ipſo Deo meo ſperabo. & ſi Deus pro nobis, quis contra nos: ſi Deus nobiſcum eſt in tribulatione, vt pater in auxiliando, & glorificando, quis vos timebit ò beſtiæ infernales? nemo certe, quia ſcimus, quod latrare poteſtis, ſed non mordere. Ideo hæc ſerua Dei à Domino Ieſu conſolata, ait mecum per ſingulos dies benedicam tibi, & laudabo

dabo nomen tuum in sæculum sæculi. Sed ò porci immundi, adhuc contra Deum stare præsumitis. Fugite hinc, date locum creatori vestro, omnibus maleficijs destructis: nam ego Carolus Sacerdos ea destruo, & eijcio cum clausulis, & circumstantijs superius dictis, & auctoritate, qua fungor, signum Sanctæ Crucis inter vos ipsos, & inter maleficia, interuenire ✠ definitiue decerno; vt vires vestræ omnino tollantur, & maleficia ad nihilum redigantur; in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Fugite, quia oculi impiorum deficient, deficient ò maledicti.

Coniuro ✠ vos, & adiuro, vt fugiatis nunc sine mora, per Vbaldum Sanctum terrorem Inferni, & per pacem, quam semper in suo populo seruabat, quia dum aliqua seditio tota erat in Ciuitate sua, vt eam sedaret, illuc, & in pugnam festinabat; & si aliquando eam nullo modo sedare posse perpendebat,

Digitized by Google

pendebat, nouis ſtudebat inuentis, vt ardeſcẽtes animos indignationem componeret, vt præcipue fecit cum ex induſtria ſe ſe inter enſes, & lapides in terrã deiecit, vnde non ſurrexit donec Ciues Epiſcopum mortuũ exiſtimantes, à ſeditione ceſſarent.

S. Vbaldus poſuit animam ſuam pro pace conſeruãda in ciuibus ſuis.

Exorcizo vos ✠ atq; diſpicio conſilia veſtra, cõſilia veſtra ò homicidę infernales, & auctores diſcordiæ, & inuidię, per Vbaldum Sanctum, & per ſuam charitatem, & manſuetudinem, & per illum ſignum Crucis, quem fecit contra vndecim Ciuitates, & fugerunt; & per ieiunia ſua, & per omnia opera ſua bona, quæ ſemper ſtudebat facere; & cum Ciuitas Eugubina ad vndecim Ciuitatum, & Caſtrorum ciuibus inuicẽ contra eam colligatis obſeſſa eſſet, & expugnata. Vir Sanctus Oratione, Ieiunio, & Proceſſione trium dierum, confeſſione, & communione ciuium facta, ſuper murum aſcendens ſignum Crucis edidit,

S. Vbaldus per ſignum Crucis fugauit vndecim Ciuitates.

Digitized by Google

& hostes nemine persequēte fugauit, adeo, vt relictis omnibus solam vitam saluare contenti, ad propriam patriam festinanter redierunt, quibus spolijs potiti sunt Eugubini.

S. Vbaldus placauit Federicum Imperatorem.

Exiens etiam Vbaldus ad Federicum Imperatorem, qui obsidibus ab eadem Vrbe susceptis multam pecuniam expectabat, præmissa oratione, adeo Christi virtute illi placuit, vt obsides liberè reddiderit, & Episcopū plurimum honorarit: quia donauit ei Reliquias Sanctorum, & alia vasa sacra. Fugite ò Patres discordiæ ab hac serua Dei, per merita S. Vbaldi: & nolite ò rebelles Dei, nolite cum Antioco vasa Dei contaminare; cum Ioab nolite insidias struere; nolite cum Acab vineam Dei profanare; cum Apollonio nolite spolia templi Domini diripere, & nolite cum Olopherne humanum sanguinem sitire, sed ite ad loca vobis debita, & à Deo deputata, & parata cum sporcitijs, & facturis

facturis vestris, & sequacibus, & auxiliarijs vestris Diabolicis, iterum, atq; iterum dico vobis, & præcipio in nomine Dei fortis, & terribilis, vt discedatis hinc, & fugiatis effectualiter. Ite maledicti ad loca vobis debita, & parata a Deo, vbi nemini noceatis, vt hæc creatura sit pœnitus libera. Sed ex iusto Dei iudicio in trono æquitatis suæ sedentis omnia vobis noceant in sæcula sæculorum.

O maledicti nihil nihil sit comune vobis cum hac creatura Dei N. iam cælestia cogitante; sed fugite excomunicati, & maledicti peccatores peruersi, & obstinati, & dissoluite colligationes impietatis vestrę in nomine Dei ✠ Patris: soluite fasciculos deprimentes in nomine ✠ Filij: dimittite hãc creaturam Dei obsessam in nomine Spiritus ✠ Sancti; vt sit pœnitus libera. ergo iudicibus vestris cuulsis, ramis confractis, concisis, dispersis, & arifactis, præcipitate vos, &

Digitized by Google

fugite, ò damnati, arripite fugam, discedite velociter, & nolite nocere huic creaturæ, nec eam violare: nam in Caim fuistis proiecti, in Esaù supplantati, in Golia prostrati, in Iuda proditore suspensi, & in ipsa illa Dominicæ virtutis Cruce, cum potestatibus, & dominationibus vestris confusi, atque contriti estis. Fugite, fugite, ò rebelles Dei, quia aufero à vobis omnem potestatem, & vos debilito, confringo, deleo consilia vestra, & præcipio, vt fugiatis nūc in instanti in nomine Iesu, & in nomine S. Vbaldi, S. Caroli, S. Vrsolæ, S. Catharinæ, & omnium Sanctorum. Fugite, quia omnis sermo Dei ignitus clipeus est omnibus sperantibus in se. Vade retro Sathana, nihil mihi, & huic in nomine Christi mei poteris vltra nocere. Amen. Et si hominem fallis Deum irridere non poteris: cede scelerate, & exi cum omni fallacia tua in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & Spiritus ✠ Sancti.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO X.

CONIVRO ✠ & adiuro te Dęmon, ſpiritus deſtinate ad Infernum: & quod vni dico, omnibus dico. Exorcizo te ✠ per S. Vbaldum, & fugo ſpiritus damnate, atq; damnande, ſpiritus vbicunq; deridende, ſpiritus flagellate, ſpiritus deiecte de ſocietate Beatorum, ſpiritus impenſe in furca infernali, ſpiritus deformis, & leproſe, ſcabioſe, maledicte, ſpiritus in-

Impropería contra Dæmones.

Digitized by Google

cantator mage, & malefice. **Fuge,** fuge, fuge latro infernalis, quia Iudex Christus adest iratus, adest contra te iudicium Iesus Christi. Adiuro te ✠ ò spiritus superbiæ, adulationis, ambitionis, præsumptionis, & desperationis, per S. Vbaldum, qui liberauit graui morbo vnum ex suis Canonicis, & etiam contulit sanitatem multis ægris: nam consecrans Ecclesiam Sanctorum Bendicti, & Olfici, solo vestimentorum tactu paraliticum curauit, cæcis duobus visum restituit, quorum vnus per visionem monitus fuerat, vt ad eum accederet pro lumine obtinendo: multis etiam alijs signis admodum effulsit in vita, & in morte.

Coniuro te ✠ spiritus curiositatis, derisionis, & vituperij, spiritus odij seditionis, & litigij, spiritus maledictionis, & iniustitiæ, spiritus auaritiæ, fraudis, & rapinæ. Fugo te ab hac creatura Dei N. per Vbaldum Sanctum,

Digitized by Google

Sanctum, & per ſuam patientiam in ſua infirmitate, quia grauiter languebat, propter nimias afflictiones, intãtum, quod ex tota carne corporis potiſſima, ex vulcere peſſimo ſanies intollerabilis effluebat: & propter hoc nunquam deſtitit à pontificijs exercitationibus. Coniuro te ✠ vt fugias ſine mora, nullum ei dolorem afferendo, nec aliquod nocumentum ei faciendo, aut alicui perſonæ, ſed ſine terrore vadas in profundum abiſſi, nõ rediturus, vſque ad diem Iudicij. Coniuro te ✠ ſpiritus ebrietatis, vt relinquas liberam hanc creaturam Dei realiter, & effectualiter cum circunſtantijs dictis, per omnes orationes, quæ fiunt in Cœlo ab Eccleſia triumphante, & in terra ab Eccleſia militante: ſit cor tuum tanquam cera liqueſcens in iniquitate, & ſuperbia tua, quid gloriaris, ò ſpiritus ingratitudinis, & ſacrilegij, qui potens es in iniquitate? conteret ſuperbiam

In S. Vbaldo à planta pedis, vſq; ad verticẽ capitis non erat ſanitas.

Digitized by Google

Dominus, & duritiem tuam gladium euaginasti Dæmon spiritus incesti, sodomiæ, bestialitatis, adulterij, & fornicationis: intendisti arcum tuum, sed gladius tuus introiuit in cor tuũ, & arcus tuus confractus est: fecisti foueam alijs, sed tu cecidisti in illam: fecisti nequissimum consilium, & super te volutum est.

Maledico te ✠ atq; supplanto, eijcio, & fugo ò spiritus mendacij, per illum, qui est æqualis Patri secundum Diuinitatem, minor Patre secundum humanitatem. Coniuro ✠ atq; exorcizo, & adiuro, & viriliter mando, vt fugias per S. Vbaldum, & per suæ merita, & per suum Sanctum corpus. Discede, discede ò spiritus scandali, inuidiæ, susurrationis, & infamiæ. Fuge fera pessima, fuge baculum impiorum, fuge spiritus rumoris, rapacitatis, & causa omnium malorum, fuge custos porcorũ, discede seductor pessime, non habebis in hac creatura

partem

Digitized by Google

partem vllam, ſed Ieſus Chriſtus tanquam bellator fortis, & tu ſtabis confuſus. Tace, obmutesce, & fuge, quia ſcriptum eſt. Dominus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo. Fuge ò lupe rapax, venator animarum, ſcorpio venenate, & bellua contagioſa: fiant viæ tuæ tenebræ, & lubricum, & Angelus Domini perſequens te. Fuge perſecutor iuſtorum, quia te adiuro ✠ phantaſma nocturnum, maledictum per Vbaldum Sanctum, & omnes ſuas Miſſas, & præcipue per vltimam, & per ſuam Prædicationem; quia die Sancto Paſchæ, tàm duriſſima preſſus ægritudine, vt vix à lecto ſe poſſet erigere ad preces populi, per orationem obtinuit, vt per ſe ipsũ ſine adiutorio cõſurgens, Miſſam in pontificalibus celebraret, & populo ſuo vltimum ſermonem, vice teſtamenti faceret; & poſtquam filios ſuos benedixit in lectum redijt, & ſumptis Sacramentis, orans, & prædicens

S. Vbaldus ad extremã horam veniens vitæ ſuæ orationem habuit ad populum de Gloria Beatorum, ac etiam eis prædixit horam diſſolutionis ſuis corporis.

Digitized by Google

dicens horam suæ mortis antea, spiritũ Deo reddidit feria secunda Pentecostes: & propter frequentiã Aegrotorum, qui currebant ad sanctum corpus, per quod Deus multa miracula faciebat, cum omnes curarentur à diuersis infirmitatibus. Stetit itaq; super terram corpus, vsq; ad feriam quintam, nulla corruptione maculatum, sed suauissimo odore fragrans, sicuti hodie cernitur. Demum cum luctu multorum, & gaudio spirituali sepultum fuit in sua Canonica, videlicet iuxta murum Ciuitatis. Et Celestinus Tertius in numerum Sanctorum retulit. Postea vero mirabiliter, Deo inspirante translatum fuit super montem, vbi crebris miraculis claruit, præcipue in fugandis Dæmonibus. Coniuro ✠ te, vt fugias ò spiritus omnium malorum, per mortem S. Vbaldi, quæ fuit tibi terribilis. Fuge seductor: nulla portio est tibi cum seruis Dei, quorum est Hæreditas regnum

Canonizatio D. Vbaldi.

Christi

Digitized by Google

Christi. Ergo vrgeat te S. Vbaldus, vrgeant te merita sua, vrgeant ieiunia sua, vrgeat te patiẽtia sua, vrgeat te charitas sua, vrgeant te omnia bona opera sua, deficiant artes tuæ, & insidiæ, & redde sanitatem creaturæ Dei, fortitudinem redde, non perturbes sensus eius, nec cibum, nec mentem, nec humores, nec phantasma eius, nec corpus, seu intra, seu extra: sed fuge ab ea effectualiter, non tentes, non morti tradas, siue in esca, siue in potu, siue in locis, vbi habitat, non huic superuenias vigilanti, aut dormienti creaturæ, non ei noceas, nec suffoces vocem, nec impedias illam quærentem vitam æternam, non facias illusionem, aut apparitionem realem, vel fantasticam, siue in die, siue in nocte, siue in corpore, siue extra, nec tù, nec alius vice tua, sed da locum Deo, qui te creauit, & omnes finite Templum Dei. O Tiranni Infernales si estis plures, sin vero vnus,

accipio

Digitized by Google

accipio pluralem numerum pro singulari, quod etiam intelligo in omnibus exorcismis. Percutio vos maledictos, qui fatigatis, & laboratis, & decipere cupitis hanc creaturam Dei; ac præcipio in nomine Iesus, ne possitis latere in hac creatura, vel circa. Impero, vt fugiatis per virtutem Christi, sicut stipulum ante faciem venti, sicut deficit fumus, deficiatis, & pereatis, & eatis ad loca deserta, vbi non est habitatio hominis, nec inuocatur nomen Christi. Libera tù Domine Iesu hanc creaturam, quia nos non auro, nec argento, neq; gemmis prætiosis, sed tuo præciosissimo sanguine redemisti. O bone Iesu, quem omnes Angeli, & Archangeli, & omnes Sancti laudant, tibi laus, tibi gloria per æterna sæcula. Amen.

Fugite, nam coniuro vos ✠ ò serpentes, & viperæ adulterinæ per Sanctum Vbaldum, qui ob amorem Christi nunquam timuit persecutiones, &

iniurias

Digitized by Google

iniurias sibi factas, non perturbationes huius mundi, non fames, non terrores ciuium, non infirmitates, non tentationes huius mundi, Diaboli, & carnis, non dolores sui corporis, non tabulas super quas dormiebat, nō cilicium, quod portabat, non ieiunia, quia sæpe ieiunabat, etiam si iter faciebat, pane, & leguminibus contentus, raro vinum bibens; non timuit enses, lapides, ignem, neque labores Episcopatus: sed ob amorem Iesus Christi, vsq; ad mortem decertauit, & hostibus prostratis capta pręda exultans secutus est, & sequitur agnum quocunque ierit, cantans Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt Cœli, & terra gloria tua ò Sanna in excelsis, Benedictus, qui venit in nomine Domini ò Sanna in excelsis. Fugite ò maledicti spiritus per S. Vbaldum contemptorem mundi. Audiuistis, quem deriseritis, cuius vitam existimastis insaniam,

S. Vbaldus super tabulas dormiebat.

Digitized by Google

insaniam, & finem sine honore: ecce quomodo computatus est inter filios Dei, & inter Sanctos. Date locũ Deo sceleratissimi Dæmones, & mittite liberam hanc seruam Dei, in nomine Patris ✠ & Filij, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO XI.

CONIVRO te ✠ pessime Dæmon, & ingratissime prædo infernalis, & pessime dux tenebrarum, vt fugias. O miserrime, quid tempus conteris, & pœnas tuas in dies his tuis machinationibus auges; cum scias, Christum esse caput Ecclesiæ, & ipsam esse corpus eius, cuius potentia sufficit ad eã tuendam? Et certe scio, quod

quod Dæmones, quod Dæmones omnia de fide Christiana, credunt, & contremiscunt. Desine igitur Dæmon illam persequi, quia nunquam illam euertere poteris, cum eius fundamentum sit Christus, super quod ipsa fundata est: cur stas, & resistis cum videas fūditus perire vires tuas? Fugite, fugite Angeli nigerrimi, quia verba Dei, quæ de ore nostro exeunt, sunt ignis feruentissimus, qui vos cō-buret æternaliter: vos estis rebelles nostro, ac vestro Creatori, maledicti, atque excomunicati blasphematores sitis in pœna æternali, & nulla sit vobis requies vna ne quidem hora, si statim non eritis obedientes præceptis meis vobis factis in nomine Iesus, in cuius nomine præcipio ne hic manere possitis, nec debeatis. Coniuro ✠ adiuro ✠ vos, atq; exorcizo te si vnus es in hoc corpore, vt fugias, ò maledicta, & obstinata musca, eijcio te, & expello per Vbaldum Sanctum

ab

ab hac creatura Dei N. Fuge miſerrime, quo nulla creatura miſerior, vel impudentior eſt. Quo modo poſt tãtam gloriam audes cõparere, & brutales imo porcinos vagitus moliri? Erubeſce miſer, & fuge. Nam Ego Carolus Dei Sacerdos præcipio tibi, vt Dei templum deſinas occupare, impero fugam. ſedes, ò peſſime Dæmon in inſidijs, vt interficias innocẽtem, & inſidiaris in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua. pluet, pluet ſuper vos peccatores laqueus, ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis veſtri. Qui habitat in Cœlis irridebit vos, & Dominus ſubſanabit vos. Ego Carolus miniſter Chriſti totis meis viribus benedico, atq; ſanctifico hanc creaturam Dei, ſic benedictio Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti deſcendat ſuper eam, vt fugiat Diabolus, nam ſigno eã ſigno Sanctæ Crucis, vt inimici ab ea fugiant confuſi. O creatura Dei, ſanctificet te

Digitized by Google

Deus signo Sanctæ Crucis ✠ vt implearis Spiritu Sancto, vt recedant à te maledicti sui inimici, nec vnquam faciant tibi aliquod nocumentum. In nomine Iesu eis præcipio, ne vexationem cuiusq; generis, siue in corpore, siue extra, facias huic creaturæ, ne illusionem realem, vel phantasticam præbeas, ne ducas humores, ne imbecillitatem facias, ne horis diurnis, siue nocturnis quietem impedias, ne corpus, vel mentem turbes. Iterum ego, ò damnati præcipio vobis in nomine Iesu, ò serpentes antiqui, ne noceatis huic creaturæ Dei, vel in corpore, vel circa, vel vos, vel alij vice vestra. Hoc etiam præcipio per Sanctum Vbaldum, & sub pœnis omnium pœnarum dictis superius, causa inobedientiæ illico incurrendis, & semper augeantur, donec, donec vexaueritis, & nocumentum feceritis, etiam si sit minimum huic creaturæ Dei N. & donec exieritis augeantur.

Adiuro

Adiuro ✠ vos, atque præcipio, vt fugiatis ab hac creatura Dei N. conſtringo vos, ò lupi rapaces, & inueterati peccatores, ac maledicti per Vbaldum Sanctum gemmã Sacerdotum, qui pro grege Chriſti ſemper laborabat. Ita iubeo, & vobis mando, ne modo comprimatis, nec comprimere poſſitis, moleſtare, lædere, aut vexare, ſiue in die, ſiue in nocte, in aliquo etiam minimo, hanc creaturam Dei, vt poſſit ſeruire ſuo Creatori. Impero etiam vobis ne eam impediatis, vel comedentẽ, vel bibentem, vel dormientem, ſed ſinite, vt ſemper feliciter viuat, & bene habeat. Fugite ergo maledicti canes, quia in hanc creaturã infundo benedictionem Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti.

Benedico ✠ hanc creaturam N. vt, ò inſenſati fugiatis à tota perſona, ſiue intus, ſiue foris maneatis, vt eam relinquatis ſanam mente, & corpore.

Benedictio Dei ✠ Omnipotentis,

Digitized by Google

cum Angelis suis sit super te. Amen.

Benedictio obsessi. Benedictio ✠ Domini Nostri Iesu Christi cum Apostolis suis sit super te, vt fugiant à te inimici tui. Amen.

Benedictio Spiritus Sancti ✠ cum septem donis suis sit super te, vt defendat ab inimicis tuis. Amen.

Benedictio ✠ Sanctę Ecclesiæ Catholicæ cum filijs suis electis, sit super te, vt te custodiat ab inimicis tuis. Amen.

Benedictio ✠ Apostolorum sit super te, vt te regat. Amen.

Benedictio ✠ Euangelistarum sit super te, vt te saluet de inimicis tuis. Amen.

Benedictio ✠ Sanctæ Crucis, cum virtute altissimi sit super te, vt hostes tui inuisibiles pauidi à te fugiãt semper. Amen.

Benedictio ✠ S. Vbaldi Episcopi sit super te, vt te saluet, liberet, custodiat, & protegat semper. Amen.

Benedictio ✠ Omnium Sanctorum & Sancta-

Digitized by Google

& Sanctarum Dei, sit super te, vt te semper adiuuet. Amen.

Benedictio ✠ omniũ Sacerdotum, qui sunt in hoc mundo, sit super te, & te liberet ab omnibus malis. Amen.

Dominus Iesus Christus apud te sit ò creatura Dei N. vt te defendat à Dæmonibus te vexantibus, in te sit, vt te reficiat, circa te sit, vt te conseruet, ante te sit, vt te ducat, post te sit, vt te custodiat super te sit, vt te benedicat, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat. Amen.

O Dæmones miserrimi ✠ adiuro vos, & exorcizo, vt per has benedictiones, quas dedi huic creaturæ, ne possitis ei nocere, sed constringamini discedere ab ea realiter, & effectualiter in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Coniuro, & adiuro ✠ vos ò immũdissimi spiritus, vt fugiatis in nomine Patris ✠ qui totum mundum creauit, in nomine Filij ✠ qui totum mundum

Digitized by Google

redemit, in nomine Spiritus ✠ Sancti, qui totam legem adimpleuit. O excomunicati, creditis, & tamen semper vultis esse rebelles Deo creatori vestro, quia præcepta mea vobis facta, sunt vobis præcepta Dei. An ignoratis virtutem, quam habemus super vos à Christo nobis datam? O infeliciſſimi, ſinite ſinite hanc creaturam Dei, quia in fine nihil vobis proderit, ſed ſemper eritis confuſi; nolite esse tam obstinati, ſed obedite mihi miniſtro Christi, quia tenemini obedire, ò inobedientes ſpiritus: omnia tranſeunt: tranſeunt tempora, tranſeunt ætates, tranſeunt ſæcula; ſed ſæcula pœnarum veſtrarum non tranſibant in ſæcula. Aperiat terra os ſuum in nomine Ieſus, & deglutiat vos, nunc, & quam primum. Amen.

Coniuro vos ✠ iterum, atq; iterum, vt fugiatis in nomine Ieſus, & Ego Carolus Sacerdos Dei diſſoluo vos de iſto corpore humano cũ omnibus veſtris

Digitized by Google

veſtris maleficijs, & ſpurcitijs Diabolicis, & ligo vos ad loca vobis debita, & deputata à Deo, ſeruatis circũſtantijs ſupra dictis. Et ſicut per orationes B. Petri Apoſtoli defecerunt, & ad nihilũ redactæ fuerunt incantationes Simonis, in cõſpectu Populi Romani: ſic per virtutem, & poteſtatem, quæ vos de Cęlo pręcipitauit, omnia vincula, ligamina, & incantationes, cuiuſcunq; virtutis, & conditionis factę, vel faciendæ contra hanc creaturam Dei N. deficiant, & ad nihilum deueniant, per virtutem Ieſu Chriſti, & per merita omnia S. Vbaldi, qui viuit in gloria Dei Patris. Coniuro ✠ vos ò cadauera putrida, gigantes infernales, viperæ mordaces, porci immundi, peccatores pertinaces, & obſtinati, vt fugiatis ab hac creatura Dei N. quam iterum benedico. & neſcitis, ò primi Hoſtes Dei, quia benedictio Domini Diuites facit, ne ſocietur ei afflictio. Fugite ò ſpiritus obſtinati

Incantationes Simonis.

Digitized by Google

per Sanctum Corpus Vbaldi, & per odorem eius, qui valet ad fugandum vos, date locum per nomen Dei, quia Sanctum, & terribile est nomen eius.

Vos coniuro ✠ ò scorpiones infernales, vt relinquatis hanc creaturam per obedientiam Iesu Christi; quia factus est obediens vsque ad mortem Crucis; propter quod Deus exaltauit illum, & dedit ei nomen, quod est supra omne nomen, & in nomine Iesu omne genu flectatur celestium, terrestrium, & infernorum: per hoc sanctum nomen vos fugo, vos eijcio, vos maledico, vobis interdico omnem molestiam, & vexationem cuiuscunq; virtutis, & generis sit huic creaturæ, quæ in Domino nostro Iesu Christo credit, sperat, illum amat, adorat, & timet, & parata est mori pro amore suo: sit hæc creatura, quomodo Pater miseretur filiorum, misertus est Dominus timentium se, & oculi Domini ad fideles terræ, & de Cœlo respexit

Digitized by Google

reſpexit Dominus, & vidit omnes filios hominum, & oculi Domini ſuper timentes eum, & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius. Audite ò Dæmones, vt eruat à morte animas eorum, & qui ſperat in Domino, non peribit in æternum. Igitur fugite beſtiæ fętidæ à ſeruis Dei Dracones luxurioſi, deſtructores omnium virtutum, & oppugnatores ſanctæ patientiæ, date locum Deo, fugite, dico, ò maledicti, in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

O Domine, recordare teſtamenti tui, & dic Angelo percutiēti. Ceſſet iam manus tua, ne deſoletur terra, & ne perdas omnem animam viuentem.

O Dæmones, præcipio vobis, vt ſitis obedientes præceptis meis in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO XII.

ADIVRO te ✠ ò inuentor omnium malorum, perſecutor Iuſtitiæ, diſſipator pacis, factor diſcordiæ, ſeminator zizaniarum, vt fugias,& neſcis, quia, qui ſeminat iniquitatem, metet dolores? ò maledicte, non facias violentiam huic creaturę Dei N. quia Dominus iudicabit cauſam eius. Fuge, & cede non mihi, ſed miniſtro Chriſti: illius te vrget poteſtas, qui

te

Digitized by Google

te affixus Cruci ſuo ſubiecit imperio. Da locum Chriſto, in quo nihil inueniſti de operibus tuis malignis, qui regnum tuum deſtruxit, qui te proiecit in tenebras exteriores. Time Deum ò vorago Inferni, & notum tibi ſit, quia horrendum eſt incidere in manus Dei viuentis; cede, Ianua Inferni, & inuentor mortis. Coniuro te ✠ Cocodrille inuide in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, diſcede deriſio totius Angelicæ naturæ per merita Beatæ Virginis Mariæ, & per merita S. Ioannis Baptiſtæ, & Ioannis Euangeliſtæ, cui reuelata fuerunt ſecreta Cœleſtia. Exorcizo te ✠ peſſime Dæmon, per merita Sanctorum Apoſtolorum, & Diſcipulorũ Chriſti. Fugo te per quatuor Euangeliſtas, per effuſionem Sanguinis Martyrum, per Orationes Sanctorum Confeſſorum, & pręcipue per Sanctum Vbaldum, & per admirabilem tranſlationem S. Corporis ſui ad montẽ, eijcio vos per

S. Doctores

Digitized by Google

S.S. Doctores Catholicæ Ecclesiæ, & per S. S. Virgines, & Viduas, & per omnes Sanctos, ac Sanctas curię Cœlestis. Adiuro te ✠ per Sanctum Michaelem, Gabrielem, & Raphaelem, & per omnes Sanctos Angelos, & Archangelos, Tronos, Dominationes, & Principatus, & Potestates Cœli. Coniuro vos ✠ per Sanctas Missas, quæ quotidie celebrantur in Catholica Ecclesia. Discede mala bestia, & pestis. Fuge susurrator. exi transgressor bonæ viæ per Vbaldum Sanctum, & iustum. Cede Deo durissime Dæmon, da locum Deo, qui te creauit, cede Deo, quem ò ingratissime spiritus dereliquisti, quando oblitus fuisti tui Creatoris. Deficiant ergo vires tuę Diabolicę artes in die, in nocte, in hora, & in momento. Redde fortitudinem membris, redde sanitatem animæ, corporis, & mentis; non morti tradas hãc creaturam, siue in esca, siue in potu, siue in locis publicis,

Digitized by Google

publicis, aut occultis, nec ei noceas, nec ei superuenias vigilanti, aut dormienti, nec illam impedias quærentem vitam æternam. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti, Amen. I Dæmon in ignem æternum per canonizationem S. Vbaldi, & per omnia sua merita. I maledicte in baratrum.

Coniuro ✠ ò pater mendacij, tibi præcipio damnate immunde spiritus hostis humani generis, per Deum Patrem Omnipotentem Inuisibilem, incomprehensibilem, atq; immortalem, vt euellas radices tuas ab hac creatura Dei, ita vt in posterum in ea locum nõ habeas. Sed tu Deus omnipotens propitius esto, vt corpus à Dæmonibus obsessum, à tota nequitia Diabolica gratia tua eximatur.

Coniuro vos ✠ ò Dæmones per S. Vbaldum, vt fugiatis, & non faciatis me tam diu fatigare, quia in fine nihil vobis proderit. Item coniuro ✠ vos

per

Digitized by Google

per Sanctum Vbaldum, per continentiam ſuam, per ieiunia ſua, per afflictiones ſuas, per mortem ſuam, per ſepulturam ſuam, per gloriam, quam habet in Cœlo, & per omnia ſua merita, vt fugiatis realiter ſine offenſa, & ſine tribulatione cibi, potus, mētis, & corporis. Fugo te, & omnes legiones Sathanæ, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Expello vos per interceſſionem S. Vbaldi: mando vobis, vt fugiatis; aufero vobis omnē poteſtatem, per Sanctum Vbaldum, qui vos comburat, qui vos maledicat, affligat, cruciet, confundat, eijciat, & maledicat vos omnes triumphator Chriſtus, & comburat vos Iuſtitia Dei, & ignis infernalis. Conſternet, & fuget vos Deus, cum omnibus vobis facientibus, ad inuocationem Ieſu Chriſti. Conterat ſuperbiam duritiæ veſtræ Dominus nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Mittat Dominus beſtias

Inferni

Digitized by Google

Inferni, quæ affligant vos, vt ad nihilum redigantur viæ veſtræ. Affligat vos Dominus valde, donec confitentes peccata veſtra ab hac creatura fugiatis. Eijciat vos Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ſicut eiecit Dæmonium à filia Cananeæ, & alterum ab homine in Sinagoga, & multa alia in nomine ſuo præcipitauit. Eijciat vos Dominus ab hoc corpore, ſicut eiecit ſpiritum lunaticum mutum, & ſurdum. Confundat vos Chriſtus ſicut confuſi fuiſtis in multis mulieribus, & præcipue in Maria Magdalena. væ vobis, væ vobis ò maledicti, quia non eſtis cõnumerati inter fundamenta Paradiſi. Fugite in nomine Omnipotentis, ac percutiẽtis Dei omnes vos maledicti, qui in conſiliũ impiorum itis, & in via peccatorum ſtatis, & in cathedra peſtilentiæ ſedetis, diſcedite ò beſtiæ fœtidiſſimæ ab hac creatura in nomine Ieſu, omnes operantes iniquitatem; quoniam

audiuit

audiuit Dominus vocem fletus mei. O maledicti viuitis in malitia vestra, & opere malo, vt perpetuo cruciemini. O insensati malam diem fugere nõ poteritis. Cum in profundum ieritis peccatorum, sequentur vos omnia nefaria vestra. Fugite ò testes iniqui, quia non est tempus differendi, & ne dicatis, in die Iudicij nemo me adiuuauit, nemo mihi contradixit. Ego Carolus vobis contradico, & impero fugã. Ideo ite ite maledicti in ignem æternum, in nomine ✠ Patris, & ✠ Filij, & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

O maledicte, nunc princeps huius mundi eieceris foras. memorare nouissima mala tua, nam super te aspidem, & basiliscum ambulat Christus, & conculcat te Leonem, & Draconem, & in fine præcipitabit te in baratrum, vt crucieris perpetuo. Considera, vt confundaris, Sanctorum in Cœlo coronas perpetuas, quas tu ob superbiam tuam perdidisti, quia

voluisti

Digitized by Google

voluisti esse similis altissimo, ò ingrate non fuisti de electis, & confirmatis inter angelos. O maledicte sicut cęcus est vbisol est, non tamen ipse est cum luce, ita tu miser licet sit vbi est Christus, qui vbiq; est, tamen non es cum illo. O superbe statim creatus, & promotus ad honorem ambitiosus factus es superbia, & incostantia elatus. Tandem cecidisti de Cœlo, & Deus te humiliauit, & seruum constituit nequam. O superbe, superbia non ne turrim euertit, linguas confudit, & te in baratrum præcipitauit in æternum? O superbe, vt magnificus videaris apud negromantes, & mulierculas satagis vestiri duplicibus, & ornari, sicut sepulcrum foris dealbatum, intus es plenus superbia, & dolo, & falsitate: quid dilatas filateria, & magnificas fimbrias cum sepultus sis in inferno? decalcabit Dominus ceruicem tuam. Ergo maledicte spiritus obedias præceptis nostris.

Digitized by Google

O maledicte, ceciderunt de Cęlo stellæ, quia Dominus reperijt in Angelis suis prauitatem. Respondè maledicte, vbi est confidentia de gloria propria tua concepta, ò superbe. Dominus proiecit se à te in æternum, delęuit te de libro vitæ, ò immunde spiritus, inter vos superbos semper sunt iurgia, & vbi fuerit superbia, ibi & contumelia. I maledicte cum sequacibus tuis in profundum, vbi est stridor dentium, fumus, ignis ardens, sulphur, confusio, nullus ordo, sed sempiternus horror, & æternitas tormentorum, & pęnarum. Quid facias Dęmon, si iustus vix saluabitur? Tu ò creatura damnata ad quid aspirabis? non erunt cauernæ vbi abscondas te, nec erit locus, quo fugere possis, quia Deus est vbique. Quis non timebit Christum Iudicem, quem nemo potest effugere, & nullum malum præterit impunitum, nec bonum irremuneratum? Ipse scrutatur corda, & venas,

cuius

Digitized by Google

cuius oculis omnia nuda, & aperta sunt. Fuge, fuge seductor, quia pœnæ tuæ augentur. Perfime Dæmon recognosce sententiam tuam, & cognosce sententiam iustissimæ damnationis tuæ, & datam contra tuam nequissimam voluntatem: da honorem Deo viuo,& vero, & fuge cum sequacibus tuis, ruue maledicte sicut muri Hierico corruerunt populo vociferante,per sanctam inuocationem Domini. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum, qui in Cruce dixit consumatum est, ipse sua bonitate consumet tristitiam tuam, & tuorum sociorum. Adiuro te ✠ ô pestis huius mundi, vt fugias per Sanctum Michaelem, qui te eiecit de Cœlo, quando cum Dracone pugnauit, & fecit victoriam. Exi cito per omnes orationes Patriarcharum, per merita Prophetarum, per suffragia Apostolorum, per victoriam Martyrum, per fidem Confessorum, per deprecationes Virginum,&

Digitized by Google

per interceſſionem omnium Sanctorum, & Sanctarum Dei. Erubeſce ò miſerrime Dæmon, & fuge, quia, qui habitat in Cœlis irridebit te, & ſubſanabit. Eijciat te Chriſtus flagello, ſicut eiecit ementes, & vendentes è templo: præcipitet te Chriſtus in mare Inferni, ſicut etiã præcipitauit Dæmonia in porcos. Fuge fuge luxurioſe per S. Vbaldum, & ſuam Canonizationem, quia debilito te, & contradico tibi, te euello, confundo te, te perturbo, & termino infeſtationes tuas, & omnium ſpirituum in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO XIII.

SOlutio maleficiorum & Dæmonum.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Matthęum. in cap. 6.

Solutio Maleficiarum & Dæmonum.

IN illo tempore dixit Ieſus Diſcipulis ſuis. Sic ergo vos orabitis.

Digitized by Google

Pater noſter, qui es in Cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Adueniat Regnum tuum, fiat voluntas tua, ſicut in Cęlo, & in terra. Panem noſtrum ſuperſubſtantialem da nobis hodie, & dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris, & ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. Amen. ℟. Laus tibi Chriſte.

Per Euangelica dicta extinguatur in te N. omnis virtus Diabolica, & infundatur Diuina. Amen.

Sic ſemper dicitur in fine Euangelij.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Matthęum. in cap. 10.

Secundum Matthæum Cap. 10.

IN illo tempore dixit Ieſus Diſcipulis ſuis. Euntes autem prædicate dicentes, quia appropinquauit Regnum

Digitized by Google

Regnum Cœlorum, infirmos curate, mortuos ſuſcitate, leproſos mundate. Dæmones eijcite: gratis accepiſtis, gratis date. Nolite poſſidere aurum, neq; argentum, neq; pecuniam in zonis veſtris: non peram in via, neque duas tunicas, neq; calceamenta, neq; virgam; dignus eſt enim operarius cibo ſuo. in quamcunq; autem Ciuitatem, aut Caſtellum intraueritis interrogate quis in ea dignus ſit, & ibi manete donec exeatis: intrantes autem in domum, ſaluete eam dicentes, pax huic Domini. ℟. Laus tibi Chriſte.

Præcipio auctoritate, qua fungor Domini Ieſu Chriſti, & ex parte Sanctiſſimæ Trinitatis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, & per Sanguinem precioſiſſimum Domini Noſtri Ieſus Chriſti, & per ſuam Sanctiſſimam Paſſionem, & per ſuum Sanctiſſimũ Corpus, & per Sanctum Corpus Diui Vbaldi Epiſcopi, & Confeſſoris, per ſuam Virginitatem, per pa-

Digitized by Google

tientiam ſuam, per ieiunia ſua, per pe-
nitentiam, quam in hoc mundo fecit,
per omnes Miſſas, quas dixit, per ca-
ritatem ſuam, per manſuetudinem
ſuam, per virtutem, quam habet ſu-
per Dæmonia, per omnia ſua merita,
& per gloriam, quam habet in Cœlo.
Et etiam præcipio per omnia merita
Sanctorum, ac Sanctarum Dei, quod
ſi datum fuit aliquod per maleficium
ad comedendum, vel bibendum huic
creaturæ Dei N. aut ſi vos maledicti
Diaboli portaſtis in corpus, aut com-
poſuiſtis aliquid, in eodem nō habea-
tis facultatem, vel poteſtatem, vel
virtutem conſeruandi, vel augendi
illud, & quod ammoueatis ipſam fa-
cultatem, poteſtatem, & virtutem, &
cogamini diſſipare omnem laqueum,
nodum, & compoſitionem, quæ fuiſ-
ſet in prædictis rebus; & ſitis conſtri-
cti, & compulſi ea diſiungere, ſepara-
re, & remouere, à viſceribus, ab inte-
ſtinis, & ea per ſeceſſum emitti foras,
vel
Digitized by Google

vel per alias partes magis liberas sine vlla læsione animæ, & corporis huius creaturæ Dei N. & supradictis præceptis impero, vt si maleficium sit extra corpus, destruatur, & anihiletur. Et Ego Carolus minister Christi declaro, & decerno esse ✠ destructũ in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Rursum vobis Dæmonibus, si præsentialiter estis in hoc corpore, vel potestatiue, vel virtualiter, præcipio ex parte Sanctissimę Trinitatis, & per Sanctum Patrem Vbaldum, & per omnes Sanctos, ac Sanctas Dei, quod non habeatis facultatem standi, morandi, & abscendendi vos in hoc corpore, nec in aliqua parte illius, nec in quatuor humoribus, videlicet sanguine ✠ flamma ✠ cholera ✠ & malencolica ✠ nec in carne ✠ nec in ossibus ✠ nec in medullis ✠ nec in neruis ✠ nec in venis ✠ nec in omnibus iuncturis huius corporis ✠ nec in pedibus

Digitized by Google

dibus ✠ nec in ſuris ✠ nec in tibijs ✠ nec in lateribus ✠ nec in renibus ✠ nec ſubtus renes ✠ nec ſupra renes ✠ nec in dorſo ✠ nec in ſpatulis ✠ nec in brachijs ✠ nec in manibus ✠ neo in vnguibus, nec in corde, nec in epate, nec in ſpeme, nec in interioribus; neq; in pulmone, neq; in inteſtinis ſuperioribus, vel inferioribus ✠ maioribus, vel minoribus ✠ nec in ventre, nec in ſtomaco ✠ nec in pectore, nec in gutture ✠ nec in collo, nec in facie, nec in mente ✠ nec in maxillis, neo in dentibus ✠ nec in gengiuis, nec in lingua ✠ nec ſubtus linguam ✠ neo ſupra linguam, nec in palato, nec in naſo, nec in oculis, nec in auribus, nec in cerebro, nec in panniculis cerebri, nec in arterijs, nec in fecibus corporis, nec in partibus verecundis, nec in alijs rebus, vel locis corporis, vel extra corpus, neq; intrinſece, neq; ſuperficialiter, nec in pilis, vel capillis, nec in veſtimẽtis, nec in genitalibus,

nec

Digitized by Google

nec in pelle, nec in ano, nec in destibus, nec in vmbilico, nec in ei circumstantibus, nec in alijs locis, quò possitis ire, aut manere ✠ sed inulti, & vi, & virtute Dei, & per Sanctitatem Sancti Vbaldi Episcopi compulsi nunc cogamini discedere ab hac creatura Dei N. sine offensa, & minimo dolore, & præcipio, quod non possitis turbare sensus eius interiores, vel exteriores à planta pedum, vsque ad verticem capitis, nec humeros commouere, nec indisecationes ducere, vel quacunq; imbecillitate vexare, nec horis diurnis, vel nocturnis quietem impedire. Fugite ò rebelles Dei sine turbatione cibi, & potus, & non relinquatis aliquod nocumentum, & nullus spiritus possit remanere in corpore, vel alius vice vestra, sed per nomen, & merita S. Vbaldi. Accipite nunc in instanti realiter, personaliter, potestatiue, & effectualiter, & ite ad loca vobis à Deo deputata, vsq;

Digitized by Google

vſq; ad diem ludicij: & non habeatis amplius poteſtatem iterũ ingrediendi in hanc creaturam Dei, nec vos, nec alij vice veſtra, nec poſsitis facere vexationem vllam, nec apparitionem, vel illuſionem, aut realem, aut phantaſticam, ſiue in die, ſiue in nocte, ſiue dormiendo, ſiue vigilando. Et Ego Carolus, vt miniſter S. Romanæ Eccleſiæ vos adiuro ✠ conteſtor, & exorcizo, atque diſſoluo ✠ omnes ſpiritus maledictos, qui eſtis ligati ſuper iſtam creaturam, & per omnes ſupradictas virtutes, miracula, gratias, & poteſtates Dei, & per omnes illas coniurationes, & exorciſmos, quibus in nomine Ieſu poteſtis damnari, cruciari, & conſtringi, per illum tremendum ludicium Dei, quando vos perpetualiter ligabit in ſtagno profundiſſimo abiſſi, & in igne, & in ſulphure æternali. Vobis præcipio, vt debeatis rebelles Ieſu Chriſti exire, & recedere ab hoc corpore humano ſine aliquo

aliquo nocumento, vt dixi. Igitur per hæc, & omnia alia, quibus ò maledicti spiritus potestis adiurari, cogi, ligari, fugari, arctari, cruciari, expelli, & ad pœnas Inferni mitti: vos constringo, vt amoto omni impedimento, & omni mora postposita exeatis ab hac creatura Dei N. cum omnibus socijs, & maleficijs vestris cuntis ad sedes infernales, vel ad loca à Christo deputata, ad hanc creaturã Dei nunquam redituri. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Relinquite ò damnati Diaboli hanc creaturam destructis omnibus maleficijs. Obedite non mihi, sed ministro Christi. An ignoratis, quod qui recusauerit obedire imperio Sacerdotis, morte morietur. Fugite in nomine Iesu, & per virginitatem S. Vbaldi à seruis Dei, à quibus sæpe confusi fugistis, ite, ite, ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est vobis in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. CO-

Digitized by Google

CONIVRATIO XIV.

Litaniæ Sanctorum, quæ sunt in Psalmis Pœnitentialibus.

KYrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de Cœlis Deus. Miſer. nobis.
Fili

Digitized by Google

Fili Redemptor Mundi Deus. Miſ.
Spiritus Sancte Deus. Miſ.
Sancta Trinitas vnus Deus. Miſ.
Sancta Maria. Ora pro nobis.
Sancta Dei genetrix. Ora.
Sancta Virgo Virginum. Ora.
Sancte Michael. Ora.
Sancte Gabriel. Ora.
Sancte Raphael. Ora.
Omnes Sancti Angeli, & Archangeli. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Beatorum ſpirituum ordines. Orate.
Sancte Ioannes Baptiſta. Ora.
Omnes Sancti Patriarchę, & Prophetæ. Orate.
Sancte Petre. Ora.
Sancte Paule. Ora.
Sancte Andrea. Ora.
Sancte Iacobe. Ora.
Sancte Ioannes. Ora.
Sancte Thoma. Ora.
Sancte Iacobe. Ora.
Sancte Philippe. Ora.

Digitized by Google

Sancte Bartholomeæ. Ora.
Sancte Matthæe. Ora.
Sancte Simon. Ora.
Sancte Thadæe. Ora.
Sancte Matthia. Ora.
Sancte Barnaba. Ora.
Sancte Luca. Ora.
Sancte Marce. Ora.
Omnes Sancti Apoſtoli, & Euangeliſtæ. Orate.
Omnes Sancti Diſcipuli Domini. Orate pro nobis.
Omnes Sancti Innocentes. Orate.
Sancte Stephane. Ora.
Sancte Laurenti. Ora.
Sancte Vincenti. Ora.
Sancti Fabiane, & Sebaſtiane. Orate.
Sancti Ioannes, & Paule. Orate.
Sancti Coſma, & Damiane. Orate.
Sancti Geruaſi, & Prothaſi. Orate.
Omnes Sancti Martyres. Orate.
Sancte Silueſter. Ora.
Sancte Gregori. Ora.
Sancte Ambroſi. Ora.

Sancte

Digitized by Google

Sancte Augustine. Ora.
Sancte Hieronyme. Ora.
Sancte Martine. Ora.
Sancte Nicolae. Ora.
Omnes Sancti Pontifices, & Confessores. Orate.
Omnes Sancti Doctores. Orate.
Sancte Antoni. Ora.
Sancte Benedicte. Ora.
Sancte Bernarde. Ora.
Sancte Dominice. Ora.
Sancte Francisce. Ora.
Omnes Sancti Sacerdotes, & Leuitæ. Orate.
Omnes Sancti Monachi, & Eremitæ. Orate.
Sancta Maria Magdalena. Ora.
Sancta Agatha. Ora.
Sancta Lucia. Ora.
Sancta Agnes. Ora.
Sancta Cæcilia. Ora.
Sancta Catharina. Ora.
Sancta Anastasia. Ora.
Omnes Sanctæ Virgines, & Viduæ. Orate.

Digitized by Google

Omnes Sancti, & Sancte Dei.
Intercedite pro nobis.
Propitius esto. Parce nobis Dom.
Propitius esto. Exaudi nos Dom.
Ab omni malo. Libera nos Dom.
Ab omni peccato. Libera.
Ab ira tua. Libera.
A subitanea, & improuisa morte. Libera nos Domine.
Ab insidijs Diaboli. Libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate. Libera.
A spiritu fornicationis. Libera.
A fulgure, & tempestate. Libera.
A morte perpetua. Libera.
Per Mysterium sanctæ incarnationis tuæ. Libera.
Per aduentum tuum. Libera.
Per natiuitatem tuam. Libera.
Per Baptismum, & sanctum Ieiunium tuum. Libera.
Per Crucem, & Passionem tuã. Lib.
Per mortem, & sepulturam tuã. Lib.
Per sanctam Resurrectionem tuã. Lib.

Per

Digitized by Google

Per admirabilem Aſcenſionem tuam.
Libera nos Domine.
Per aduentum Spiritus Sancti paracliti. Libera.
In die Iudicij. Libera.
Peccatores. Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas. Te rogamus.
Vt nobis indulgeas. Te rogamus.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris. Te rogamus.
Vt Eccleſiam tuam Sanctam regere, & conſeruare digneris. Te rog.
Vt domnum Apoſtolicum, & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione cõſeruare digneris. Te rog.
Vt inimicos Sanctæ Eccleſiæ humiliare digneris. Te rogamus.
Vt Regibus, & Principibus Chriſtianis pacem, & veram concordiam donare digneris. Te rogamus.
Vt cuncto populo Chriſtiano pacem, & vnitatem largiri digneris.
Te rogamus audi nos.
Vt nos metipſos in tuo ſancto ſerui-

Digitized by Google

tio confortare, & conſeruare digneris. Te rogamus

Vt mentes noſtras ad cęleſtia deſideria erigas. Te rogamus.

Vt omnibus benefactoribus noſtris sępiterna bona retribuas. Te rog.

Vt animas noſtras fratrum propinquorum, & benefactorum noſtrorum ab æterna damnatione eripias. Te rogamus.

Vt fructus terræ dare, & conſeruare digneris. Te rogamus.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris. Te rogamus audi nos.

Vt nos exaudire digneris. Te rog.

Fili Dei. Te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Parce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi. Exaudi nos Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miſerere nobis.

Chriſte audi nos.

Chriſte

Digitized by Google

Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster.

Oratio.

O Gloriosissima Virgo Maria Domina Cœli, & terræ præexcellentissima, Sanctissimaque Mater Domini Nostri Iesu Christi: ex totis præcordijs meis te deprecor, ò Beatissima per eundem vnigenitum Filium, & per sanctissimã dilectionem, quę est inter te Matrem eius, & ipsum Filium tuũ, & per tua ineffabilia merita, quatenus per tuas Sanctas Orationes mihi concedere velis auxilium contra hos Dæmones inimicos tuos, impetraq; mihi obsecro pijssima Domina ab ipso Filio tuo, vt possim liberare hanc creaturam Dei N. vt nullus spiritus amplius possit vexare eam, &

Digitized by Google

cum vitæ meæ finis aduenerit te fidiſſimam adiutricem inueniam præſante eodem Filio tuo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat Deus benedictus adorandus, & glorificandus per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Oremus.

DVLCISSIME Domine Ieſu Chriſte, qui Beatiſſimam Genetricem tuam Virginem Mariam perpetuis, ac fœlicibus gaudijs in Cœlo lætificaſti, concede propitius, vt eius meritis expellere valeam hos Dæmones, qui vexant hanc tuam creaturam N. Amen.

Oro vero Deum Omnipotentem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Oro Dominum Ieſum Chriſtum Crucifixum, qui Diabolum in Diaboli ſædibus ſtrauit, & vicit, & ſacerdotibus tuis dedit poteſtatem calcandi

ſuper

Digitized by Google

ſuper te miſerrime, vt ab hac mea in ſuo nomine ſententia nunquam te abſoluat, quin potius hanc exſoluere cogat in lacu ignis, & ſulphuris, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculum per ignem.

Ad honorem ſummi, & omnipotentis Dei, ad honorem, & gaudium Sancti Patris Epiſcopi, & totius Eccleſiæ triumphatis in Cœlo: & ad confuſionem, dedecus, opprobrium, dolorem, miſeriam, perniciem, & infœlicitatem Luciferi, & totius Synagogħæ Infernalis. Vos ò lupi infernales exorcizo ✠ coniuro ✠ & præcipio in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, & in nomine S. Vbaldi, & per omnia ſua merita, vt diſcedatis ex omnibus partibus iſtius creaturæ Dei N. vbicunq; ſitis, à planta pedis vſq; ad verticem capitis, & vt fugiatis extra ipſum corpus, fugiendo per illam viam, quę eſt magis expedita, & libera, ſicut per os ſtomachi, per pectus, per guttur,

Digitized by Google

aut per os, aut per alias partes liberas, sine offensa, & cum debitis clausulis, & circumstantijs supradictis.

Item præcipio vobis ex parte Sanctissimæ Trinitatis, & ex parte Sanctissimę Virginis Matris Domini Nostri Iesu Christi, & ex parte Sancti Vbaldi, vt non habeatis potestatem accipiendi adiutorium, vel succursum ab alijs Dæmonibus, nec petendi alios Dæmones in loco vestro, & vt cogamini discedere taliter, vt nunquam, nec vos, nec alij Diaboli habeatis potestatem, vel facultatem, vel auctoritatem, vel virtutem, redeundi, nec præsentialiter, nec potestatiuè, nec virtualiter, sed compellamini, & constringamini, ire ad loca arida, sterilia, inaquosa, & inhabitabilia, vbi nemini noceatis. Quod si sæcus feceritis, intendo procedere contra vos maledictos Diabulos, & dare, & fulminare contra vos omnes excomunicationes, & maledictiones, quas

Digitized by Google

quas vobis dare possum ex parte Domini Nostri Iesu Christi, & ex parte Beatæ Mariæ Virginis, & S. Vbaldi Episcopi, & intendo vos expellere extra corpus huius creaturæ Dei N. à planta pedis, vsq; ad verticem capitis per virtutem datam à Christo Domino, & per virtutem S. Vbaldi, & omnium Sanctorum, Angelorum, & per virtutem totius Paradisi, & in nomine Iesu præcipio magistris, & superioribus vestris, vt veniant huc, & vos inuitos extrahant de hoc corpore, & detrudant vos in stagnum ignis, & sulphuris; ad quos Ego Carolus vos Dei virtute condemno per spatium annorum centum à tempore egressionis vestræ de hoc corpore huius creaturæ Dei incipiendum. Maledicti Diaboli, qui noluistis obedire præceptis meis, immo virtute Dei. Nunc contra vos vbicumq; sitis, qui hanc creaturam Dei vexare præsumpsistis. & præsumitis, fero sententiam maledictionis,

Sententia contra Dæmones.

Digitized by Google

dictionis, & damnationis vestræ in quantum possum. Maledico igitur, & percutio, & eijcio, & condemno vos in virtute Dei. Maledico vos, & eijcio per S. Vbaldum, maledico vos, & eijcio per miracula Sancti Vbaldi. Maledico vos, & eijcio per charitatem Sancti Vbaldi. Maledico vos, & eijcio per omnia merita S. Vbaldi. Maledico vos, & eijcio per gloriam, quam habet S. Vbaldus in Cœlo. Maledico vos, & eijcio per merita S. Cypriani, & Iustinæ, S. Geminiani, S. Zenonis, S. Augustini, S. Luciæ, S. Catharinæ, S. Iulianæ, S. Mariæ Magdalenæ, & omnium Sanctorum, ac Sanctarum Dei. Amen.

Iterum Ego Carolus seruus Dei, & minister Domini Nostri Iesu Christi exorcizo ✠ & coniuro vos ✠ Patres mendacij per Patrem ingenitū mando vobis: Filij perditionis per Filium bis innenerrabiliter genitum, & constringo vos spiritus maledicti per

Spiritum

Digitized by Google

Spiritum Sanctum non genitum, sed procedentem, cuiuscumque gradus, conditionis, & prælaturæ existatis, qui hanc creaturam Dei N. temere inuadere presumpsistis, in quibuscũq; partibus habitantes sitis, & subter fugientes latitetis in essentialibus, siue subsantialibus, siue accidentalibus, maioribus, siue minoribus, exterioribus, siue interioribus; superioribus, siue inferioribus; anterioribus, siue posterioribus lateralibus, superfluis, & coadhærentibus, & illico nulla interposita mora trementes parati sitis sine læsione huius creaturæ Dei N. ad fugiendum nũc sine mora realiter, virtualiter, personaliter, potestatiue, & effectualiter cum conscijs, & maleficijs vestris: & eatis ad loca parata vobis à Deo, vsque ad diem iudicij. Præcipio vobis in nomine Sancti Vbaldi Episcopi, vt me audiatis, ac me audientem percipiatis, obediatis, & ne aliqua vobis in die

iudicij

Digitized by Google

iudicij, ante tremendum tribunal Iesu Christi in his remaneat excusatio, inuocando Cęlum, & terram in testimonium, & omnia, quæ in eis sunt. Sique forsitan maleficio aliquo, aut incantatione, innodatione, detentione, ligatione, interdictione, arte, factura, vel alia re quomodocunq; nuncupata detineamini, omnia illa in nomine Iesu, & Beatæ Mariæ Virginis, & Diui Vbaldi debilito, irrita facio, anullo, destruo, à pro nihilo haberi, auctoritate prædicta decerno. Vobis insuper, sic auctoritate Diuina solutis, præcipio, & mando, quatenus, nullum auxilium, aut fauorem audeatis accipere quacunq; de causa à Dæmonibus. Item præcipio in nomine Iesu Christi, vt nullus spiritus cuiuscunq; conditionis sit, sit tam prosumptuosus, vt auxilium præstet; sed hinc festinet abiri, & de facto recedat per virtutem Domini Nostri Iesu Christi. Igitur vos, qui estis in hoc corpore, fugite,

Digitized by Google

fugite, vt ſupra dixi ſine offenſa, & nocumento in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Fugite excomunicati, & finite hanc creaturam. & ſi non amore Dei, quem ſummo odio habetis, ſaltem timore pœnarum, quæ vobis in dies magis ex operibus veſtris malignis augentur. Recedite igitur maledicti lupi ab hoc templo Dei, & imagine Chriſti. O rebelles Dei, & pluſquam meretrices inuerecundę, ſpiritus nequiſſimi, & inimici triumphatoris Ieſu Chriſti Nazareni. Spiritus inuidi, damnati, & reprobati, qui hanc creaturam Dei vexatis. Ecce Ego Carolus ſeruus Dei intrepidus, & armatus omnipotentis Dei virtute, & fide Ieſu Chriſti. O prædones infernales vos coniuro ✠ adiuro ✠ cogo, & conſtringo per omnia merita Beatæ Mariæ Virginis, & per Sanctum Corpus ſuũ, & per merita S. Vbaldi Epiſcopi, & Confeſſoris, & per omnem vitam

Digitized by Google

ſuam, & miracula, quæ fecit in hoc mundo, vt fugiatis, ſeruatis omnibus circumſtantijs ſuperius dictis. Diſcedite ab hac creatura Dei N. per virtutem Ieſu Chriſti, & ne diutius præſumatis captiuũ tenere hominem, quem Deus ad imaginem ſuam formare dignatus eſt, qui in Trinitate perfecta viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Digitized by Google

CON-

CONIVRATIO XIX.

CONIVRO te ✠ vt fugias ò ſerpens antique, ſiue vnus, ſiue plures, per gloriam, quæ eſt in Paradiſo, & per illam Beatitudinem Dei Omnipotentis, qui eſt fons ſapientiæ, lumen indeficiens, & inextinguibile, in quo omnis mens ſatiabitur, & iucundabitur, in quo fruetur illa Diuina eſſentia, quę eſt præmiũ Beatorum & diadema

Digitized by Google

& diadema decoris eorum, lætitia sempiterna, quæ superat omnem sensum. Conuo e ✠ maledicte apostata, vt fugias nunc ab hac creatura N. per illam facialem visionem, quam habet S. Vbaldus, & alij Sancti in illa cælesti patria, in qua Deo fruuntur. Considera, o Bestia infernalis, & draco luxuriose, & fuge gaudium, & felicitatē illius beatissimi Regni, quem amisisti, vbi est habitatio omnium lætantium; ibi non est senectus, nec senectutis defectus, nec vllus locus miseriæ, dum omnes occurrunt in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vbi in lumine Dei videbimus lumen, & quale lumen? lumen immensum, lumen incorporeum, lumen incorruptibile, lumen incorruprensibile, lumen indeficiens, & in extinguibile, lumen Diuinum, quod illuminat oculos Angelorum; ibi videbimus Deum sicuti est, quia videbimus gloriā, & faciem

Dei

Digitized by Google

Dei viui. Cognoſcemus potentiam Patris: Filij ſapientiam, & clementiam Spiritus Sancti, & eſſentiam Trinitatis. Ibi habebimus Deum Summum bonum, gaudium Angelorum, & omnium Sanctorum, gloriam ſpirituum, coronã decoris, brachium fœlicitatis, requiem opulentam, pulchritudinem pacis, intimum, & æternum gaudium, vitam beatam, gaudium æternitatis, & pacem Dei æternam. ibi erit tuta glorificatio noſtra, quia videbimus faciem Dei noſtri, qui fecit Cęlum, & terram, quæ creauit nos, quæ ſaluabit, & glorificabit nos, quam videndo cognoſcemus, amabimus, diligemus, & poſſidebimus Deum viuum, inuiſibilem, Filiumq; eius, quem Pater pro noſtra ſalute miſit in mundum, & Spiritum Sanctum Paraclitum à Patre, Filioq; procedentem, vnum Deum, in eſſentia, & trinum in perſonis, quem omnes Sancti, & electi laudãt dicentes San-

Narrator Beatitudo Sanctorum.

Digitized by Google

ctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth. Fuge, fuge, ò serpens antique, & Draco à Deo maledicte; quãdo dixit. Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terrę. Quid ò miserrima creatura, hac vita beatius; vbi non est paupertatis metus, nec imbecillitas ægritudinis. ibi nemo irascitur, nemo læditur, nemo inuidet, cupiditas nulla exardescit, nullum ibi desiderium, vel ambitio honoris, aut potestatis pulsat: nullus terror gehenæ, nec mortis inuenitur; nulla mala tunc erunt, nusquam discordię; sed cuncta conuenientia, quia omnium Sanctorum erit vna concordia, pax cuncta, & lætitia continet tranquilla, & quieta: super omnia ignis splendor, & tanto clarior, quanto felicior; quia illa Ciuitas non egebit lumine solis; quia Deus illuminabit illam, ibiq; nulla nox erit, nullæ tenebræ. Portæ illius Ciuitatis nitent Margaritis; eius plateę auro mundissimo

Digitized by Google

simo sternuntur, & muri præciosissimis lapidibus constant, ibi semper amæna regio viret, pubescunt flores, cinamum, & balsamum inefabilem suauitatis odorē indesinenter spirant. Illic certa securitas, secura æternitas, æterna tranquillitas, tranquilla fælicitas, fælix suauitas, & suauis iucunditas, cum Beatissima Virgine Maria, cum omnibus Angelorum, ac Sanctorum choris, perpetuum consortium habetur; omnesq; Cœli Ciues cognoscuntur, qui singuli fælicitate æterna gloriantur. O quam delectabile est illis spiritibus benedictis, & sanctis omnibus introire in potentias Domini, & videre illam fæliciſſimam Societatem Angelorum, & super abundantes Diuitias Dei. Ibi enim Sancti vident decorē gloriæ, Sanctorum splendorem; & regiæ potestatis honorem cognoscunt. O quam beatissimum erit, Deum in se ipso, & ipsum in nobis, & nos in eo esse.

Digitized by Google

Hæc erit ſumma fælicitas noſtra. Nec auris audiuit, nec oculus vidit, nec in cor hominis aſcẽdit, quæ Deus præparauit diligentibus ſe.

Conſidera, & fuge ò beſtia infernalis, & ſceleratiſſima creatura: & conſpice ex quanta beatitudine exploſus; in quantam miſeriam de Cęlo ruens deſcenderis: ex quanta ſublimitate; in quantam profunditatem demerſus fueris: ex quantis diuitijs; in quantam infælicitatem, & calamitatẽ deueneris: ex quanta luce; in quantas obſcuriſsimas, & intenſiſsimas tenebras proiectus fueris. Ad Infernũ, ad Infernum detraheris ſpiritus ingratiſsime: in profundum laci, in abiſſum ſcilicet, in quo infinitæ miſeriæ, & calamitates tibi, & omnibus damnatis aderunt. Fuge miſerrime: quia quanto tardius exieris; tanto maiori ſuplicio vexaberis, da locum ſuperbe Dæmon, & viliſsima creatura: ibi enim inuenitur fletus, & gemitus, vlulatus,

Infinitæ mala dantur in Inferno.

Digitized by Google

vlulatus, & cruciatus, clamor, tremor, timor, labor, dolor, ardor, & fœtor: obscuritas, & anxietas, asperitas, & acerbitas, calamitas, & ægestas, angustia, & tristitia, oblimio, & confusio, torsiones, & punctiones, amaritudines, & terrores, fames, & sitis, frigus, & calor, sulphur, & ignis ardens, atq; omnia mala, quæ excogitari possunt, tibi præparata erunt. Hic locus inferni, loco illius magni domicilij, quod maxima peruersitate tua perdidisti, tibi, & omnibus cõplicibus tuis, præparatus est. Hic locus, loco principatus, quem non seruasti tibi, & omnibus Angelis tuis apostaticis, aderit: quia sub caligine, vinculis æternis; ob malitiam tuam, Deus omnipotens, te reseruauit, ac pœnis æternis te deputauit. O miser, quid tibi profuit tua superbia, & inuidia? nihil profectò, immo illa ad infernum te detrahit. Cum enim à Deo benedicto post tuam creatio-

Digitized by Google

Incarnatio verbi reuelata fuit Diabolo.

nem tibi reuelata fuisset incarnatio Dei Filij, quem dominatorem vniuersi constituerat, & fidelissimum mediatorem; vt per hæc, qui vellent à natura ad gloriam, per meritũ Christi, & gratiam ascenderent, & qui nollent, à natura ad pœnam ruerent. Tu

Casus Diaboli.

nefandissime spiritus, tua superbia inflatus, cum tuis satellitibus contempsisti inferiori naturæ subijci, & inuidisti Incarnationi Christi; atq; exaltationi generis humani; cũ boni Angeli huic incarnationi fideliter fauerent, & gratiarum actiones, ipsum laudantes, agerent; & interne mentis exultatione iubilantes, de Christi incarnatione; & de eius sapienti dispositione in sua gratifica salutatione, qui sublimiter de Deo sentientes ad eius gloriam afficiebantur, & pro tradita sibi facultate, contra vos pugnantes pio affectu nitebantur, quibus non valuistis resistere, licet omni vestro conatu, inordinatoq; affectu, Beatorũ

Ange-

Digitized by Google

Angelorum obedientiam subuertere conatũ fuistis. Non valuistis, inquam, resistere Beatis Angelis, neq; gratiæ, qua pugnabant Sancti Angeli in sanguine agni; & vicerunt. Ideo nõ prævaluistis, neq; locus vester inuentus est amplius in Cœlo, ò miseram, ò infelicem commutationem. O miserrime, Deum, qui te genuit dereliquisti, & oblitus es homini creatoris tui. O ingratitudinem maximam, ò inauditam temeritatem, ò flammis æternis exurendum scelus. Dixisti ò seductor. Ascendam in Cœlum, & similis ero altissimo. ò inauditam superbiã, ò inexistimabilem temeritatem, ò effrenatam iactantiam. Vide ò miserrima creatura, quam ingens sit calamitas, in quam ex tua dementia cecidisti, quando de tua pulchritudine, & potentia nimis, nimis præsumẽs, tua inaudita temeritate, ausus es contra tuum creatorem rebellare. Nulla ideo quies in te inuenitur, sed conti-

Digitized by Google

nuo motu diuersarum passionum inquietaris; & quis sufficienter poterit enarrare miserias, in quas incidisti, quando de Cœlo electus, tam miserabiliter, sine vlla spe redeundi, cecidisti.

Prima tentatio in Adam.

Cœpit igitur nefandissimus Lucifer tentare primos parentes de esu ligni vetiti: & dixit. Cur Deus vobis præcepit, ne comedatis de ligno scientiæ boni, & mali? comedite, & ne timeatis: non enim moriemini, sicut minatus est Deus: sed aperientur vobis oculi, & eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum: & tandem mulieri suasit, quæ simul, cum viro suo, degustauit: & sic ambo veste iustitiæ originalis nudati, omissaq; Dei gratia, atque lumine cælestis splendoris, ex peccato perdito, eorum intellectus obtenebratus fuit; cum incidisset in maximam ignorantiam rerum, ex illo amenissimo Paradisi loco electi, exulare cœperunt. Tu ò maledicte

Dæmon

Digitized by Google

Dæmon gloriabaris, tua fraude primos parentes deceptos, Diuinis muneribus caruisse, & dote immortalitatis nudatos, duram mortis subijsse sententiam: sed deceptus fuisti in illa fallaci lætitia; quia Deus benedictus, aduenientе tempore, hominum Redemptioni, prestituto; Christus de Cœlesti sede descendens, & à paterna gloria non recedens, in hæc infima venit loca: & sua sacratissima vita, passione, & morte, genus humanum à faucibus tuis, tam potenter, quam misericorditer eripuit, atque liberauit. Per hęc igitur mysteria, & omnia alia in supradictis exorcismis, & alibi dicta; quibus nefandissime spiritus in virtute Dei adiurari, cogi, ligari, fugari, arctari, torqueri, cruciari, & damnari potes; atq; ad pœnas infernales, & tormenta mitti te constringo, vt omni mora postposita, sine vlla rebellione, & contradictione, fœstinanter ab hac creatura Dei N. sine læsione,

Digitized by Google

læsione, nocumento, & errore aliquo ipsius, & omnium adstantium, exeas, & recedas, fractis omnibus vinculis, & ligaminibus cuiuscunq; conditionis, & potentiæ existant; quibus tu iniquissime Dæmon hic teneris: & vadas ad sedes infernales, vbi cruciaberis in sæcula sæculorum. Amen. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Eradicare, explantare, confundere, & effugare animarum venator, subuersor Euangelij, & hæreticorum pater, ac Magister. peccatum tuum est, vsq; ad summum. Fuge generator Viperarum, venator animarum; quia est victoria nostra: quia vicit mundum fides nostra. Fuge bestia cruenta, per sanctum timorem Dei, quem habuerunt Sancti. Considera, & discede: Abraham non ne in tentatione inuentus est fidelis? & tu, ò Dæmon inuentus es ingratissimus; dum volebas esse similis altissimo. Ioseph in

Obsessus debet sperare in Domino Deo suo.

Digitized by Google

in tempore angustiæ suæ custodiuit mandatũ; & factus est Dominus Egypti, & crudelis hostis Christianorum, in tantis tribulationibus, in quibus iaces, semper peccas; & ideo tibi augentur pœnæ de hora in horam. Phinees pater noster zelando zelum Dei accepit testamẽtum Sacerdotij æterni. Iesus, dum impleuit verbum, factus est dux in Israel. Chaleb. dum testificatur in Ecclesia accepit hæreditatem. Dauid in sua Misericordia consecutus est sedem regni Dei in sæcula. Elias, dum zelat zelum Regis, receptus est in Cœlum. Ananias, & Azarias, & Misahel credẽtes liberati sunt de flamma. Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore Leonũ. Et ita cogita ò sceleratissime, ò ingratissime, demum per generationem, & generationem; quia omnis, qui sperat in Deum, non infirmatur, ò creatura Dei obsessa, confortare, & viriliter age: quia gloriosa eris, considera,

quia

Digitized by Google

quia tecum est Deus in tua tribulatione. Igitur libenter accipe iugum Christi, quia suaue est, & leue. Confuge ò creatura ad Deum tuu, & meũ: qui ait. Vos, qui onerati estis, venite ad me: & ego reficiam vos. Deus est misericors, & miserator, & iustus: qui non permittit nos tribulari super vires nostras: quia si timueris Deum; & custodieris mandata; ibis in Cœlum. Quid stas ò cruenta Bestia? fuge, fuge, fuge, per sanctum timorem Dei: quia, qui confidit in Domino; non peribit in æternum. I maledicte in Infernum, i seductor in Baratrum, quod est tibi, & omnibus vobis præparatum à Deo meo, qui regnat in sæcula sæculorum. Amen.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO XVI.

CONIVRO vos ✠ vt discedatis spiritus tartarei, & ministri fuliginosi, per Crucem, & Passionem Domini Nostri Iesu Christi. Fugo vos serpentes antiquos, & scorpiones, per martirium, quod pia Mater Maria Virgo substinuit ad pedes Sãctę Crucis. Separo vos ab hac creatura Dei N. per amorem, & lacrymas S. Ioannis Euangelistæ, Mariæ Cleophæ, & Mariæ Magdalenæ. aufero à vobis

potesta-

Digitized by Google

poteſtatem manendi in hac creatura Dei N. O Tigres veloces per amorem, quem habuit S. Vbaldus Epiſcopus in diligendo Deum, qui ideo macerabat corpus ſuum, cum multis pœnitentijs, ieiunijs, vigilijs, cilicijs, & orationibus, & fuit dilectus Deo, carus Dominibus, terribilis vobis Dæmonibus: quia eſt flagellum veſtrum. Fugite, fugite, fugite per S. Vbaldum, & per omnia ſua Miracula. Et ſi mihi rebelles eritis, & contumaces; inuoco Cœlum, & terram contra vos; ideſt Deum Patrem Omnipotentem; Filium eius vnigenitũ, Spiritum Sanctum Paraclitum, Reginam Cœlorum Beatam Virginem Mariam, omnes choros Angelorum, S. Vbaldum, omnes Sanctos Dei: omnes iuſtos viatores. Igitur hoc peremptorio, & definitiuo præcepto in virtute Dei omnipotentis: quem impunè non contemperitis, per virtutem Sanctæ Crucis, & Sanguinis Chriſti, per communionem

Digitized by Google

nem Sanctorum, & sub pœnis omnibus, quas vobis antea comminatus fui duplicatis, & triplicatis: præcipio vobis tãquam Dei Omnipotentis Sacerdos indignus, & famulus Carolus, vt fugiatis, cum omnibus cõsocijs vestris, etiam seruatis omnibus præceptis, & circumstantijs, & clausulis superius dictis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Euanescite maledicti, eiecti de gratia Dei, & Christi, tanquam fumus à vento raptus. Nam Iesus fortis, & admirabilis, cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum: seditionibus vestris nunc nunc finem imponet; quia Deum, qui vos genuit dereliquistis, & obliti estis Domini creatoris vestri. Et hanc creaturam suam N. tanquam latrones temerarie inuasistis, recedite ergo, & fugam parate præcipites. Fugite rabidi canes, tortuosi angues per S. Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, &

Digitized by Google per

per S. Angelos Custodes nostros. Quę nam portio est vobis cum spiritibus beatis? Fugite ergo, date locum Deo. Fugite, quia transeunt tempora, transeunt sæcula, transeunt ætates, sed sæcula pœnarum vestrarum non transibunt in sæcula. Fugite maledicti in Infernum, vbi est fœtor sine fine, & mugistus, vbi omnis miseria, vbi tenebræ, vbi nullus ordo, vbi continuæ flammæ, & terrores pęnarum, & acerrima tormenta, quæ existimari non possunt, vobis in æternum erunt, & quod peius, sine redemptione. Iure, ac merito cruciabimini, si mihi rebelles fueritis. Induco super vos Diuinam maledictionem, & inductam denuncio, per S. Vbaldum vestrum flagellum, & meum adiutorium. Iterum coniuro vos ✠ immundos spiritus, per descensionem Christi ad inferos, per resurrectionem Christi, per ascensionem Christi, & per omnia eius miracula, vt mihi obedire, & recedere statim

Digitized by Google

statim debeatis, & creaturam hanc Dei N. sine læsione aliaqua, vel macula dimittatis, vt possit laudare suū Creatorem, & Saluatorem. Ite, ite, ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est vobis. Amen.

In nomine Glorioſiſſimæ Trinitatis, cui nouem ordines Angelorum, Angeli, Archangeli, Troni, Dominationes, & Principatus, & Potestates, Virtutes, Cherubin, & Seraphin, Patriarchæ, & Prophetæ, Apoſtoli, & omnes Sancti dāt honorem, & gloriam; qui diebus, ac noctibus proclamant Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens; impero vobis, vt recedatis, & discedatis ab hac creatura Dei N. cū omnibus infestationibus, atq; fugestionibus vestris, nec non malitiæ vestræ artibus; ita vt vbicumq; creatura iſta fuerit cū ſigillo Sanctiſſimę Crucis & aut aſperſione aquæ benedictæ, illinc

omnes inuentiones vestræ, & malitiæ effugiant, & nullus eius locus relinquatur in nomine Iesu. O rebelles Dei, deficiant vires vestræ in die, in nocte, in hora, & in momento. reddite fortitudinem membris, & fugite, & non faciatis vllum dolorem, vel timorem, vel damnum, nec vllum malum super carnem, nec in carne, nec in membris huius creaturæ N. vel in domo eius, & præcipio in nomine Iesu, & S. Vbaldi, vt non possitis vos celare in aliqua parte huius corporis: sed fugiatis, vt dixi supra, & non habeatis licentiam standi in hac creatura Dei N. sed recedite, & nihil commune vobis sit cũ seruis Dei, iam cœlestia cogitantibus. Audite, & fugite. Christus Iesus noster pro nobis factus est obediens, vsque ad mortem Crucis: & quia derelinquistis Deum factorem vestrum, & recessistis, à Deo viuo, & vero, propterea destruet vos, & euellet vos de hoc tabernaculo hic

& radicem

& radicem veſtrã de terra viuentium. Fugite ſcelerati, fugite maledicti, fugite obſtinati, fugite excomunicati, fugite reprobati, fugite fabri malorum, fugite tentatores, & inimici hominum, fugite beſtiæ inobedientes, fugite perſecutores Chriſtianorum, fugite inuentores malorum, fugite gigantes infernales, fugite canes, & lupi rapaces, fugite hæreticorum, & omnium malorum magiſtri, fugite inuerecundi peccatores, fugite ſcorpiones, & dracones infernales, fugite obſtinati, & immundi ſpiritus in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Marcum.

℟. Gloria tibi Domine.

IN illo tempore dixit Ieſus Diſcipulis ſuis. Amen dico vobis, quia

quicumq; dixerit monti huic tollere, & mittere, in mari, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit, quia quodcunque dixit, fiet ei. Propterea dico vobis. omnia quæcunq; orantes petitis, credite, quia accepietis, & eueniet vobis; & cũ stabitis ad orandum, dimittite, si quid habetis aduersus aliquem, vt, & Pater vester, qui in Cœlis est, dimittat vobis peccata vestra. ℟. Laus tibi Christe. Per Euangelica dicta extinguatur in te omnis virtus Diabolica, & infundatur Diuina. Amen.

Notandum.

Signat Sacerdos obsessum, & dicat

Signo te seruam Dei N. signo Crucis ✠ signo caput ✠ tuum, sicut Deus signauit oppressos. varijs lãguoribus: signo oculos tuos, sicut Iesus Christus signauit oculos cæcorum, quos illuminauit. Signo aures tuas, sicut Dominus

Digitized by Google

minus signauit aures surdorum. Signo os tuum, sicut Iesus Christus signauit ora mutorum, quos loqui fecit. Signo totum corpus tuum, In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti amen, vt nullus spiritus possit tibi nocere, & sis ignis ardens omnibus Dæmonibus; & cum spiritus immundi te videant, procul fugiant à te pauidi, trementes, & confusi, vt sis sana mentis, & corporis. Et ita Ego Carolus minister Christi præcipio omnibus Dæmonibus, in nomine Iesu, & S. Vbaldi, vt obediant omnibus præceptis meis, sub pœnis dictis in hoc libro, statim incurrendis, casu inobedientię; & semper augeantur de hora in horam, & de momento in momentum. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Ite in ignem ęternum ò maledicti, vbi vobis præparatur incendium, quia estis principes maledicti homicidij, vos auctores incestus, vos magistri

Digitized by Google

sacrilegiorum, & artium pessimarum, doctores hæreticorum, & inuentores totius obscenitatis. Fugite scelerati: fugite impij: fugite, cum omni vestra fallacia; quia hominem templũ suum esse, Deus voluit. Fugite fabri omnium malorum, in nomine Iesu, cui omne genu flectitur. fugite, dico sine mora, vt dixi supra in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CON-

Digitized by Google

GONIVRATIO XVII.

Oratio.

AVE Domina Sancta Maria Mater Dei. Regina Cœli, Porta Paradisi, Domina Mundi singularis. Tu es pura Virgo, tu concepisti Iesum sine peccato: tu peperisti Creatorem, Saluatorem mundi, in quo non dubito. Libera, Sancta Maria, hanc crea-

Digitized by Google

turam N. à ſpiritibus immundis, & ab operibus eorum. Amen.

Oratio.

DOMINE Ieſu Chriſte, Pater dulciſſime, rogo te amore illius gaudij, quod dilecta Mater tua habuit, quando te vidit, & ei apparuiſti in illa ſanctiſſima nocte Paſchæ: & per gaudium, quod habuit, quando te vidit glorificatum Diuinitatis claritate; vt hanc creaturam N. liberes ab omnibus Dæmonibus, & ab omnibus operationibus eorum, vt tuã voluntatem valeat adimplere omnibus diebus vitæ ſuæ. Amen.

Lectio actuum Apoſtolorum. Cap 8.

FACTA eſt autem in illa die perſecutio magna in Eccleſia, quæ erat Hieroſolymis, & omnes diſperſi ſunt

Digitized by Google

fuit per regionem Iudeæ, & Samariæ, præter Apostolos: curauerunt autem Stephanum viri timorati; & fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem deuastabat Ecclesiam, per domos intrans, & trahens viros; ac mulieres trahebat in custodiam. Igitur, qui dispersi erant pertrãsibant Euangelizantes verbum Dei. Philippus autem descendens in Ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his, quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa, quæ faciebat. Multi autem eorum, qui habebant spiritus immũdos, clamãtes voce magna, exibant. Multi autem paralitici, & claudi curati sunt. Factum est gaudium magnũ in illa Ciuitate. ℟. Laus tibi Christe.

Ego Carolus Minister S. Romanæ Ecclesiæ, auctoritate, qua fungor Domini Nostri Iesu Christi, per merita S. Vbaldi Episcopi, & Confessoris.

Absoluo

Abloluo hanc creaturam Dei N. ab omnibus maleficijs facturarum, quæ factæ ſunt, & quæ quotidie fient cuiuſcunque conditionis ſint aduerſus hanc creaturam Dei N. à Diabolo, & ab omnibus alijs ſpiritibus malignis. ſit amodo confracta, & lacerata, ò ſpiritus nequam, omnis tua potentia, ſicut Chriſtus confregit portas Inferni; & amodo ſit ligata, per omnia, quæ dixi, omnis tua potentia, & virtus. O Dæmon, & Apoſtata, eſto manſuetus ad audiendum verbum Dei, vt ait Eccleſiaſticus, & exi confuſus. Fuge, & obmuteſce, & time Sacerdotem, & noli eſſe verboſus. in multitudine præsbiterorum. Igitur ò caput omnium malorũ diſcede, & time Deum, & Sacerdotes illius ſanctifica: & noli eſſe tam ſuperbus; ſed humilia te ſub potenti manu Dei. neſcis forſitan ò peccator impœnitens, quod odibilis eſt coram Deo, & hominibus ſuperbia, & execrabilis omnis indignitas, i ma-

Eccl. 7.

Digitized by Google

i maledicte Diabole in Infernum, cũ sequacibus tuis. Sedes Ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gẽtium superbarum arefecit Deus; & plantauit humiles ex ipsis gentibus. memoriã superborũ perdidit Deus; & reliquit memoriam humilium: & depositi potentes de sede; & exaltauit humiles. Fuge per sanctam humilitatem Beatę Virginis Mariæ; quãdo Angelus eam annunciauit, & respondit. Ecce Ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. & statim Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Discede magister superbiæ; quia Deus dispersit superbos mente cordis sui, & qui se exaltat, humiliabitur. *Confutatur superbia.*

Adiuro te ✠ ò insipiens per humilitatem S. Vbaldi; quando Honorius Secundus volebat eum consecrare Episcopum Eugubinum, & Vbaldus nolebat; cogitans se indignum esse tanti honoris; tamen considerans quod *Humilitas S. Vbaldi.*

Digitized by Google

quod melior sit obedientia, quã victimæ; cũ maxima humilitate cõsensum dedit. Certè Vbaldus fuit speculũ humilitatis; vt videre est in omni eius vita. Fuge igitur, ò mala bestia adiurata per humilitatẽ sanctã, fuge omni mora postposita, ò scorpio venenate cum omnibus tibi facientibus, per virginitatem S. Vbaldi, & per sanctũ Corpus suum, & per omnia sua bona opera. da locũ durissime, & cognosce sententiã tuam; & cognosce sententiã iustissimę damnationis tuæ. Fuge seductor false, & inique testis, & væ tibi nisi fugam paraueris nunc. O miser, & ingratissime spiritus, quia nunquã peccare cessasti, quis te liberabit à Christo sagitario valido. iam tibi appropinquant cuncta mala, & dolores non tardabũt in mœrore, & amaritudine: botros tuas colliges, vastitas Domini prope est, & venit. igitur, vlula, vlula ecce dies crudelis, & indignationis, plenus ira, & furore ad ponẽdam terram in

in cõbustionem, & peccatores eis cõterendos de ea: stellę non expandent lumen suum; obtenebrabitur Sol, non splendebit Luna; visitabit Dominus mala, & iniquitates cõtra impios; debellabit superbiã in fidelium, & arrogantiam fortiũ humiliabit; turbabit Cęliũ, & mouebitur terra de loco suo, propter indignationẽ Domini exercituũ, & propter diem iræ furoris eius. nõ erũt cauernæ, ò pater mendacij, vt te abscondas: imo nec fugere poteris; quia Deus in Cœlo est; & in Inferno, per iustitiã adest: væ tibi, qui Deo, & Sacerdoti obedire negligis, & nisi recesseris ab hac creatura N. erũt super te acerba, & aspera valde nimis. Recede ergo sine mora, ne te appræhendãt cuncta mala. ò maledicte Leuiatã captus es hamo; fecisti foueã alijs, & tu cecidisti in eã: fecisti nequissimũ consiliũ; & super te volutum est. Destruo cõsilia tua, & tuorũ per Vbaldum iustum, & Sanctum, qui spretis omnibus suis facultatibus, dedit pauperibus, totum

S. Vbaldus suum patrimonũ erogauit pauperibus.

Digitized by Google

totum se Deo dicauit; & vt magis seruiret suo Creatori, habitum Clericorum Regularium Lateranensium pie suscepit, & ita ascendit ad summam perfectionem: erat enim mansuetus, pius, quietus, honestns, patiens, sobrius, mortificatus, caritatiuus, benignus: macerabat corpus suum diuersis pœnitentijs; erat solicitus in orãdo: fecit sicut docuit Christus, qui ait. Qui vult venire post me abneget semetipsum, & tollat crucem suã, & sequatur me. ita fecit S. Vbaldus; & ideo Deus dedit illi virtutem super Dæmonia, & super illius infirmitates, vt quotidie videtur. Fuge, fuge, fuge ò seminator omnium malorum, & radix superbiæ per Vbaldum pium, iustum, Sanctum, & gemmam Sacerdotum. Præcipito te cum sequacibus tuis in Baratrum, per omnia merita S. Vbaldi Episcopi, & Confessoris. Fuge seductor gentium, per Vbaldum Sanctum, qui se totum Deo dedit.

Sciebat

Sciebat enim, vt ait Ecclesiasticus, quia bona, & mala; vita, & mors; paupertas, & honestas à Deo sunt. Ideo quiescebat in Deo; sperabat in Deo; amabat Deum; timebat Deum: & nihil aliud volebat. nisi manere cum Deo, esse cum Deo: & certe stabat cum Deo; quia semper orabat, vt illud scripturæ. Oportet semper orare, & nunquam deficere.

Discedite ò perditi peccatores, per omnes orationes S. Vbaldi, & per intercessionem suam. Fugite per humilitatem S. Vbaldi, ò sceleratissimi seductores, & gigantes infernales; quia altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus. certe Deus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam. O spiritus immunde, es peccator, & peccator obstinatus, & impœnitens. Ergo Deus te odio habet; quid facies ò miser, quia horrendum est incidere in manum Dei Viuentis, qui creauit Cœlum, & terram,

& omnes

Digitized by Google

& omnes alias creaturas, tam visibiles, quam inuisibiles: scio, quod facere debeas. eradica, explanta, confunde radices tuas, & fuge ab hac creatura Dei N.ne augeantur pœnæ tuę: & nisi recesseris nunc, augeantur pœnæ tuæ de hora in horam, de momento in momentum. Cede Deo, qui te creauit: time Deum, qui te genuit; & discede à seruis eius, omni mora postposita, seruatis omnibus circunstantijs, & clausulis supradictis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO XVIII.

Lectio actuum Apostolorum in cap. 19.

VIRTVTESQVE non modicas quaslibet faciebat Deus, per manum Pauli: ita etiam super languidos deferebantur à corpore eius sudaria, vel

Digitized by Google

semicincta, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Tentauerunt autem quidam, & de circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos, qui habebant spiritus malos nomen Domini Iesu; Dicentes adiuro vos ✠ per Iesum, quē Paulus prædicat: Erant aut cuiusdam Iudæi nomine scenæ Principis Sacerdotum septem filij, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus, neqnam dixit eis. Iesum noui, & Paulum scio. vos autem, qui estis? & insiliens homo in eos, in quo erat Dæmonium pessimum, & dominatus amborum, inualuit cōtra eos, ita vt nudi, & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis, atq; gentilibus, qui habitabant Ephesi, & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesus. ℟. Laus tibi Christe.

Oratio

Oratio.

Signat Sacerdos obſeſſũ

VERBVM Patris te ✠ adiuuet: liberet te ✠ Spiritus Sanctus, ſanent te ✠ ſuis medelis; Angeli Sancti ſanẽt ſuis orationibus; omnes electi Dei benedicant ✠ Chriſtum in Cœlis, qui ſuo ſanguine redemit te, in terris. Benedicta ſit ſancta dies, in qua victor Dæmonum Ieſus Nazarenus natus eſe de Virgine Maria. Amen.

Oratio.

DA Domine terrorem ſuper beſtiam, quę exterminat vineam tuam, da fiduciam Domine ſeruis tuis contra nequiſſimũ Draconem fortiſſimum ſtare, non contemnat Domine ſperantes in te, & de tua miſericordia

Digitized by Google

præsumentes, nec dicat sicut in Pharaone iam dixit. Deum non noui, & Israel non dimittam. Vrgeat illum, Domine, dextera tua, potens, discedere à famulo tuo N. ne diutius præsumat captiuum tenere hominem, quem tu ad imaginem tuam facere dignatus es. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcizatio Obsessæ.

Exorcizatio obsessa.

EXORCIZO te ✠ creaturam altissimi Dei N. sanguine Domini Iesu Christi regeneratam, & connumeratam in sinu Sanctæ Ecclesiæ, inter Christi fideles, vt non valeas angelos malos in te retinere, nec eorum munitiones; sed sis ignis ardens aduersus spiritus immundos, vt fugiant à te, quantum distat Cœlum à terra. Exorcizo te ✠ per Vbaldum Sanctum tuum, & meum adiutorium, vt sias vas sanctum, & mundum ab omni

opere

opere Sathanæ, & ministrorum eius; sed expellas eos, & præcipites per omnia merita S. Vbaldi Episcopi, & Confessoris, qui est in gloria Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Adiuro te ✠ ò serue nequam, vt ab hac creatura N. fugias, per illum, qui viuit in æternũ, creauit omnia simul, Deus solus iustificatur, & manet inuictus Rex in æternum.

Erubesce, & fuge non pro bono incommutabili pro præmio inæstimabili. Pro summo honore, & gloria interminabili, nec aliquantulum fatigastis, sed pro acquirenda damnatione per longam viam fatigastij, sudasti. Nam è Cœlo cecidisti Lucifer in terram, non te confirmasti cum remuneratione omnium bonorum, & ad Infernum detraheris.

Adiuro te ✠ Draco, & Prædo Infernalis per Sanctum Vbaldum, & iejunia sua, vt de ista imagine Christi N. exeas, & exiturum te spondeas,

Præceptum vt Diabolus obediat.

Digitized by Google

& mihi in omnibus, quæ mandauero tibi obedias, & loquaris mecum meram, & simplicem veritatem, contra tuum morem mendacissimum, diuina potentia coactus, & quia mendax es, & inobediens tuo Creatori, & factori, vt prompte obedias, veraciterq; respondeas, in virtute Dei Omnipotentis Tetragramaton, in virtute Dei magni, & admirabilis Adonai, in virtute Dei Sabaoth, qui te creauit gloriosum, se superbiente deiecit de consortio Angelorum, Sanctorum, te deiectum ignibus sulphureis addixit, te ignibus addictum mihi vermi cinericq; subiecit in virtute Domini tui, qui tibi contra ruum velle dominatur. In virtute signi Sanctæ Crucis, quę spoliauit Inferna, Cœlos instaurauit, in virtute sanguinis agni, & lacrymarum eius, in virtute Beatæ Virginis Mariæ, quæ mundo salutem attulit, quæ caput serpentis attriuit. Soluit Maria frænum Inferno, & Dæmoni-

Digitized by Google

monibus, & vitijs. Maria Stella est, quæ concepit Solem: creatura est, quę concepit creatorem. Ancilla est, quæ facta est Dei Filia, sponsa, & mater, imò, & Domina. Benedictiones omnes, quas habuerunt Patres veteris testamenti, sparsim, & singilatim; has Virgo Maria vna simul complexa est omnes. Dignitates, & mysteria Angelorum; omnes excellentias Prophetarum, omnes perfectiones creaturarum, ipsa sola excellentiori modo in se vna comprænendit. Quid ergo nobilius? quid splendidius? quid castius? quid excellentius Dei Matre? ab eius narratione balbutiunt omnes linguæ, & excutiuntur omnes intelligentiæ. Nam fecit illi magna Dominus, qui potens est. Coniuro ergo te ✠ o mons superbiæ, vt fugias ab hac creatura Dei N. per Sanctissimam, & gloriosissimam Virginem Mariam, & per omnes suas virtutes, & merita.

B. M. V. continet omnes excellentias super omnes Sanctos, & Sanctas.

Digitized by Google

Fuge, quia Maria est flagellum, & terror Inferni. Præcipio tibi ruſticè tartaree, vt recedas ab hac creatura Dei N. realiter, virtualiter, perſonaliter, & poteſtatiue, cũ omnibus ſpiritibus, qui ſunt in hoc corpore, vel circa, cum omnibus etiam, qui auxilium, conſilium, vel fauorem dant: & fuge cum circumſtantijs, & clauſulis ſupradictis; & amplius non introeas, vel tu, vel alius vice tua in corpus, vel circa, ſub pœnis dictis: & quod vni dico, ſemper omnibus dico, ſi plures ſunt, qui vexant hanc creaturam Dei N. igitur præcipio tibi fugam, ſus fameliice, vt dixi ſupra, per Mariam fontem ſupernæ gratiæ, & armarium omnium diuitiarum, ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. Fugo te, carnifex acerbe, per Mariam, principium noſtri amoris, & recuperatricem perditi orbis. Præcipito te in Baratrum, Circulator, per Mariam ſagittam contra te, ſerpentem antiquum, diſperdo te, & ſeparo; omni

B. Virg eſt Theſaurus omniũ virtutum.

mora

Digitized by Google

mora postpositа ò ianitor Inferni omnibus odiosè per Mariam pontem periculosi huius mundani flaminis, & portinariam Paradisi. Prosterno vos ò cadauera putrida per Mariam fidelissimam aduocatam ante nostrum Iudicem, & aquam mellifluam, quæ dat bibere omni sitienti. Coniuro vos ✠ inimicos nostros, & totius generis humani per Mariam lignũ vitæ plantatum in medio Paradisi, proferẽtem benedictum fructum, & per ipsam Mariam arcũ fœderis sempiterni positum in nobibus Cœli, ne interficiatur omnis caro recede ergo Sathan. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

CON-

CONIVRATIO XIX.

Lectio actuum Apostolorum. Cap. 5.

MAGIS autem augebatur credentium in Domino multitudo, ac

ac mulierum : ita vt in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in lectulis, & grabatis, vt, veniente Petro, saltem vmbra illius obumbraret quemquam illorum, & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebant autem, & multitudo vicinarum Ciuitatum Hierusalem afferentes ægros, & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes. ℟. Laus tibi Christe.

Prodigia S.S. Apostolorum.

Oratio.

MISERERE mei Domine, cum maior sit tua misericordia, quam omnia peccata mea : digneris me nunc, & semper exaudire, sicut dignatus, fuisti exaudire tres pueros in camino ignis ardentis, & Mariam Magdalenam à te veniam petentem. Exaudi me nunc, & dà quod peto, qui dixisti. Petite à me, & accipietis; quærite,

Digitized by Google

quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis: nunc peto, quæro, & pulso; & alibi. Qui venit ad me, non eijciam foras. Vnde à te quæro, & in virtute tua mihi peccatori seruo tuo, virtutem, & gratiam hanc præbeas, vt hos spiritus nefandissimos, existentes in hac creatura tua N. exeant ab omnibus partibus intus, & foris, audito nomine, & verbis tuis sanctissimis; expellereq; valeam eos sine vlla contradictione, & rebellione in profundum abissi, non redituros amplius; sine læsione huius corporis, & nocumento omnium Christianorum, relinquentes ipsam in pristina sanitate. Et Ego Carolus ne vitio ingrati animi incurrere videar; te laudo Domine Deus, te benedico, adoro, glorifico, nec non deuotissime nunc, & in perpetuum seruiam. Per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Exor-

Digitized by Google

Exorcizatio creaturæ obsessæ.

EXORCIZO te N. ✠ per sanguinem Domini Nostri Iesu Christi, per flagella sua, per coronam spineam, per passionem, crucem, & mortem suam, vt fias vas sanctum, & purgatum ab omni opere Sathanæ, & ministrorum eius. Exorcizo te N. ✠ per Beatam Virginem Mariam, ne valeas in te retinere Dæmones, nec earum munitiones, nec virtutes, nec maleficia, sed à te projcias statim, & ad nihilum redigas. Exorcizo te N. ✠ per S. Vbaldum, vt expellas à te Dæmones, & eorum operationes, vt sis creatura sana mente, & corpore. Igitur te Deus Pater benedicat: Et Ego Carolus in nomine Sancto suo, Beatæ Virginis Mariæ, & S. Vbaldi te benedico ✠ te sanctifico, & omnes benedictiones omnium Sacerdotum veteris

Digitized by Google

veteris, & nouæ legis sint super te, vt fugiant pauidi, & confusi isti tui inimici à te, & eant in Baratrum, vel ad sedes infernales, vel ad loco eis à Deo deputata, & nunquam ad te vexandi causa veniant. Ecce Crux ✠ Domini Nostri Iesu Christi, fugite partes aduersæ; quia vicit Leo de tribu Iuda Alleluia. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta Creatura obsessa, quod sæpe fieri debet.

Præcipio tibi perditissima bestia infernalis in nomine Iesu, cui Angeli seruiunt, & adorant, & inferi tremunt, vt de hac imagine Christi statim sine mora exeas: mihi in omnibus, quæ mandauero tibi, prompte obedias: & ad omnia interroganda in nomine Regis inuicti, & in nomine Beatæ Virginis Mariæ, & Diui Vbal-

di,

Digitized by Google

di, & omnium Sanctorum respondeas merã,& simplicem veritatem. Quod si,more tuo bestiali,factorem tuum in Sacerdote contempseris, in virtute eiusdem Dei omnipotentis tui, misserrime, punitoris, omniumq; spirituum malignorum, & in qualibet virtute supra commemorata,scilicet sanguinis, lacrymarum, & Sanctorum omniũ, nec non sub pœnis prædictis, vel alijs æquiualentibus, & mei præcepti trãsgressoribus proportionatis; Præcipio Lucifero, & omnibus Infernalibus potestatibus,vt inimicos tuos licentient, & cogant ad sumendum supplicium de te pro ista contumaci tua rebellione: itidem præcipio omnibus tuis inimicis malignis spiritibus in virtute, & sub pœnis vt supra, vt te expellant, te ad Inferni baratrũ deducant; in profundo abissi ligent, excrucient, & affligant pro demeritis huius inobedientiæ tuæ. Fuge spiritus brutalis effectus de Angelico.

Exi

Exi carbonarie caliginoſe in nomine S. Vbaldi. quid reſiſtis? quid ſtas? cum ſcias perdere vires tuas? exi, exi, & vade in ſtagnum ignis ardentis, vbi nulli Chriſtiano nocere poſſis. Iterum coniuro te ✠ Sathanas per omnia Sacramenta; & per illum te coniuro, qui te de Paradiſo eiecit. Iterum coniuro te ✠ ò Sathanas, & præcipio, per hoſtiam ſanctam, & per hoſtiam immaculatam, & per hoſtiam benedictam, & per latētem in hoſtia; vt non reſiſtas, nec moreris; ſed feſtinanter, & ſubito exire debeas, vel debeatis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Iterum præcipio tibi, cadauer putride, & beſtia; vt fugias, per Vbaldum Sanctum, & iuſtum, & facias cito, quicquid præcipio tibi; & eo iubente, qui ſedet in altiſſimis; vt ſtatim adimpleas voluntatem ſuam; & exire debeas cum iniquitatibus, & malefactis tuis per eū, qui venturus eſt iudicare

viuos,

viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Deficiant artes tuę in die, & in hora, & in momento, sicut deficit auditus in auribus, & labor in manibus, vt cito nũc exeas ab hac creatura N. & in posterum non accedas, non obstantibus quibuscunque ligaminibus, quibus teneris hic, & nullam ei lęsionem inferas; sed hanc creaturam sanam dimittas, nec ad eam redire valeas, vel alius. Et Ego Carolus Sacerdos Dei absoluo te creatura Dei N. ab istis spiritibus immundis, & ab omnibus eorum operationibus, in virtute, & potentia S. Vbaldi.

Fuge Lupe rapacissime, per Iesum, & per virtutem eius, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. exi per Iesum, qui dixit. Omnia ergo quęcunque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Per Iesum, qui dixit. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos;

Digitized by Google

per Iesum fugo vos, qui resistit superbis, & dat gratiam humilibus. Per Iesum, qui dicet tibi, & vobis, ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & Angelis eius, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Notum. **Hic Exorcista habeat incensum benedictum, & similiter ignem benedictum, & suffumiget obsessum, dicens**

O Adonai, Tetragramaton, Deus Omnipotens, per invocationē tui nominis, dona nobis auxilium tuum super fumum huius incensi, per merita Beatæ Mariæ Virginis, & per merita, & per intercessionem S. Vbaldi Episcopi, cui virtutem dedisti ad fugādos Dæmones, vt sit in nostro adiutorio ad expellendos, spiritus istos, qui hāc creaturam

Digitized by Google

creaturam tuam N. detinent. Sicut ascendit fumus aromatum in conspectum tuum, Domine Iesu Christe, sic fumus huius incensi torqueat inflammet, & expellat supradictos nefandissimos, & abominabiles spiritus, & per omnes virtutes Cælorum: dona nobis ne ipsi maligni spiritus amplius vllam habeant potestatem super creaturam istã N. præcioso sanguine tuo redemptam. Amen.

Sancte Pater Vbalde te rogo, te supplico, te veneror, vt intercedas apud Deum, vt fumus huius incensi sit terror Diabolo: & fugiant procul statim, nec amplius inquietent hanc creaturam Dei N. & seruã tuam, quæ ò Pater S. Vbalde, sperat in te, & etiã ego in te spero, adiuua me, & esto in meo adiutorio, vt vulpes istæ infernales sint confusæ. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Digitized by Google

CONIVRATIO XX.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthęum Cap. 7.

INTRATE per angustam portam; quia lata porta, & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem: & multi sunt,

Digitized by Google

sunt, qui intrant per eam, quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam.

Multi dicent in illo die, Domine, domine nõ ne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo Dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquam noui vos. discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem: quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis est, ipse meus Frater, Soror, & Mater est. ℟. Laus tibi Christe.

Sequentia S. Euangelij secundum Matthæum Cap. 5.

VIDENS autem Iesus turbas ascendit in montem, & cum sedisset accesserunt ad eum Discipuli eius, & ape-

Digitized by Google

aperiens os suum docebat eos, dicens. Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Regnum Cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos, mentientes propter me. Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in Cœlis: sic enim persecuti sunt Prophetas, qui fuerunt ante vos. ℟. Laus tibi Christe.

Digitized by Google

Oratio.

OMNIPOTENS æterne Deus, repelle virtutes Diaboli; fallaceſq; eius inſidias ammoue: procul impius tentator aufugiat.

Hic Sacerdos faciat crucem in fronte; poſtea tres cruces fiant in pectore Dæmoniaci. & ſæpe idem faciat, quando inueniuntur cruces in hoc libro:

Sit nominis tui ſigno ✠ famulus tuus N. & anima tutus, & corpore ✠ tu pectoris ✠ huius interna cuſtodias: tu viſcera regas ✠ tu cor confirmes. in anima aduerſatricis poteſtatis tentamenta euaneſcant.

Digitized by Google

Da ad hanc inuocationem nominis tui gloriam; vt qui huc vsq; tenebat, territus aufugiat, & victus abscedat, tibiq; possit hic famulus tuus N. & mente sincerus debitum præbere famulatum. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Exorcizo te ✠ immundissime spiritus, omnis incursio aduersarij, omnis ira, omne phantasma, omnis legio, in nomine Domini Nostri Iesu Christi, & in nomine Beatæ Virginis Mariæ, & Sanctorum Angelorum, Archangelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Innocentium, Martyrum, Confessorum, Vbaldi, Augustini, & aliorum Confessorum, Virginum, & omnium simul Sanctorum Dei. Confundere, eradicare, explãtare, & effugare ab hoc Plasmate Dei N. Ipse tibi imperat Diabole, qui

Digitized by Google

qui ventis, & mari imperauit, & tempestatibus. Ipse tibi imperat, qui dicit omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur: imperat tibi Christus, qui ait. volo, mundare. & confestim mundata est lepra, & ait illi Iesus. Vide nemini dixeris; sed vade ostende te Sacerdoti. Imperat tibi Iesus, qui respondit. Ego veniã, & curabo eum: respondit Centurio, dicens. Domine non sum dignus, vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus, & dixit Iesus Centurioni vade, & sicut credidisti fiat tibi, & sanatus est puer ex illa hora.

Incipiunt aliqua miracula Domini Nostri Iesu Christi per modum exorcismi narrari.

Coniuro vos ✠ falsi peccatores, per Iesum dicẽtem, quid timidi estis modicæ fidei? tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna.

Coniuro vos ✠ porcos immundos, & damnatos Dæmones, vt fugiatis realiter, vt supradixi per eum, cui

Dæmones

Dæmones dixerunt, quid nobis, & tibi Iesu Filij Dei? veniſti huc ante tempus torquere nos? Erat autem nõ longe ab illis grex multorum porcorum paſcens. Dæmones autem rogabant eũ dicentes, ſi eijcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum, & ait illis, ite: at illi exeuntes abierunt in porcos: & ecce magno impetu abijt totus grex perpræceps in mare, & mortui ſunt in aquis.

Coniuro vos ✠ ſpiritus immundos, vt fugiatis omni mora poſtpoſita ab hac creatura Dei N. per illum, qui dixit paralitico. Confide fili, remittũtur tibi peccata tua: tunc ait paralitico, ſurge tolle grabatum tuum, & vade in domum tuã: & ſurrexit, & abijt in domum ſuam. Fugo vos, per Ieſum, qui liberauit mulierem, quæ sãguinis fluxũ patiebatur duodecim annis, dicẽs. Confide filia fides tua te ſaluam fecit, & ſalua facta eſt mulier ex illa hora.

Separo vos, ò ſerpentes tortuoſi, per

Ieſum,

Iesum, qui dixit. Nō est enim mortua puella, sed dormit, & dixit puellæ, surge; & puella surrexit: & exijt fama hæc in vniuersam terram illam.

Eijcio vos, prædones infernales, ab hac creatura Dei N. per illū, cui duo cæci clamantes dixerūt, miserere nostri fili Dauid; & Iesus tetigit oculos eorū, dicens. Secūduun fidem vestram fiat vobis; & aperti sunt oculi eorum. Recedite bellue infernales per eū, cui obtulerunt hominem mutū Dęmoniū habentem, & eiecto Dæmonio locutus est mutus: & circumibat Iesus omnes Ciuitates, & Castella, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languorem, & omnem infirmitatem.

Fuga Dæmonum per nomen Iesu.

Confundo vos viperæ mordaces, & fugo, vt dixi supra, per Iesum, qui dedit Discipulis suis potestatem super spiritus immundos, vt eijcerent eos, & curarent omnem languorem, & omnem infirmitatem,

dicens

dicens. Infirmos curate: mortuos fu-
ſcitate: leprosos mundate: Dęmones
ejicite.

Separo, & fugo vos ab hac creatu-
ra Dei N. per eum, qui dixit. Euntes
renunciate Ioanni, quæ audiſtis, &
vidiſtis: cęci vident, claudi ambu-
lant, leprosi mundantur, ſurdi audi-
unt, mortui reſurgunt, pauperes euan-
gelizantur.

Deſtruo conſilia veſtra; & volo vos
fugare, & eradicare ab hac creatura
Dei per Ieſum, qui ait. Venite ad me
omnes, qui laborati, & onerati eſtis,
& ego reficiam vos.

Conjuro ✠ exorcizo vos ✠ ò ma-
giſtri hæreticorum, vt fugiatis per
eum, qui in Synagoga ſanauit homi-
nem habentem manũ aridam dicens.
Extende manum tuam; & extendit,
& reſtituta eſt ſanitati ſicut altera.

Fugite ſuperbiſſimi Dæmones per
Ieſum, cui oblatus eſt Dęmonium ha-
bens, cęcus, & mutus; & curauit eum,

ita

ita, vt loqueretur, & videret.

Coniuro vos ✠ ò creaturæ damnatæ, per eum, qui liberauit filiam Cananeæ à Dæmonio, dicens. O mulier magna est fides tua; fiat tibi sicut vis: & sanata est filia eius ex illa hora. Fugo vos per eum, qui Petro dixit, Ego dabo tibi claues Regni Cœlorũ, & quodcunq; ligaueris super terram; erit ligatum, & in Cœlis: & quodcunq; solueris super terram; erit solutum, & in Cœlis. Per Iesum, fugo vos, qui dixit. Afferte huc illũ, quem increpauit Iesus; & exit ab eo Dæmonium; & curatus est puer ex illa hora. Per Iesũ fugo vos, qũi liberauit duos cæcos tangens oculos eorum; & confestim viderunt, & secuti sunt eum. Fugite ò sceleratissimi inuasores ab hoc templo Dei N. quia, qui viuit caste, & pie est templum Dei; vos autem fecistis speluncam latronum. Nescitis ò immũdissimi spiritus, quod Christus dicit. Domus mea, domus orationis voca-

Digitized by Google

vocabitur. Fugite igitur à templo Dei. Iesus cœpit eijcere vendentes, & ementes in tẽplo; eijciat vos Iesus de templo suo, ò mercatores fœtidissimi, & immundissimi latrones infernales. Fugite in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Coniuro ✠ & adiuro vos ✠ fœtidissimi Dæmones, vt fugiatis omni mora postposita, vt supra dixi per Iesum, à quo virtus exibat, & sanabat omnes: & omnis turba quærebat eum tangere; & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Hierusalem, & Maritima, & Tiri, & Sidonis, qui venerant, vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis, & qui vexabantur à spiritibus immundis curabantur. Per Iesum fugo vos, qui dixit. Lazare veni foras. Fugo vos per Iesum, qui dixit, Adolescẽs tibi dico surge: & surrexit, qui erat mortuus. Per Iesum, qui à Maria Magdalena eiecit septem Dæmonia. Per Iesum, qui iter faciebat

per

Digitized by Google

per Ciuitates, & Caſtella prædicãs, & euangelizans regnum Dei, cũ duodecim viris, & mulieribus aliquibus, quæ erant curatę à ſpiritibus malignis, & infirmitatibus. Per Ieſum, qui dedit illis virtutẽ, & poteſtatẽ ſuper omnia Dæmonia, & ſuper omnes languores.

Audio ſpiritus nequam, & miſer Dæmon, quid dicat Ieſus Chriſtus. Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit. Fuge igitur, vt dixi ſupra, quia præcipio tibi viriliter auctoritate, qua fungor Domini noſtri Ieſu Chriſti, quia non hominem cõtemnis, ſed eũ, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. & ſi hominẽ fallis, Deum irridere nõ poteris, quia contra Dominum nõ eſt conſiliũ, nec ſcientia. Fuge ſceleratiſſime venator animarum, & ſeductor hominum, Per Ieſum, qui dixit. Ecce dedi vobis poteſtatem calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & ſuper omnem virtutem inimici, & nihil nobis nocebit, verun-

Digitized by Google

Sit semper humilitas in Sacerdote.

veruntamen in hoc nolite gaudere, quia spiritus vobis subijciuntur; gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in Cœlis. Igitur Ego Carolus indignus Sacerdos, auctoritate prædicta, qua fungor, Domini Nostri Iesu Christi, cum sim suus minister habens eandem auctoritatem, te ò Sathana fugo, & eijcio nunc in instanti, omni mora postposita cum debitis circumstantijs dictis supra.

Fuge iniquissime Pater mendacij, per Iesum, qui docens in Synagoga curauit mulierem, quæ habebat spiritū infirmitatis annis decem, & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere; quam cum vidisset Iesus, vocauit eā ad se, & ait illi. Mulier, demissa es ab infirmitate tua; & impositi illi manus, & confestim erecta est glorificans Deum.

Per Iesum fugo te, & vos, si plures estis, cui dictum est à Pharisæis; exi, & vade hinc; quia Herodes vult te occidere,

Digitized by Google

occidere, & ait illis. Ite, & dicite vulpi illi, ecce eijcio Dæmonia, & sanitates perficio hodie, & cras, & tertia die consumor.

Per Iesum fugo, & separo te, ò serpens infernalis, qui fecit lutum exputo, & liniuit lutum super oculos cęci, & dixit ei. vade, laua in natatoria siloe, quod interpretatur missus. Abijt ergo, & lauit, & venit videns.

Fuge insensate, & miser Dæmon, Per Iesum de quo dictum est, Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus; hunc autem nescimus vnde sit. Respondit ille homo, & dixit eis, in hoc enim mirabile est, quia vos nescitis vnde sit, & aperuit oculos meos: Scimus autem, quia peccatores Deus nõ exaudit; sed si quis cultor Dei est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit, à sæculo non est auditum, quia quis aperuisset oculos cæci nati. nisi esset hic à Deo, non potuisset facere quicquam. Fuge, fuge, ò pessime

Digitized by Google

magister hæreticorum, per omnia miracula, quæ Iesus Dominus noster dignatus est operare, dum erat in hoc mundo. Fugite nefandissimi, & maledicti, qui in via impiorum itis, per Principem Apostolorum S. Petrum, qui secutus est Dominum Nostrum Iesum Christum, & ideo Deus dedit illi tantam gratiam; quia veniente Petro, saltem vmbra illius quemquam liberabat ab omnibus infirmitatibus suis, & ideo curabantur ægroti, & vexati à spiritibus immundis.

Discedite, ò maligni, & inuidi Dæmones, per Sanctum Philippum Apostolum, & per suam virtutem, qui discedens de Ciuitate Samariæ prædicabat illis Christum; intendebant autem turbæ, vnanimiter audientes, & videntes signa, quæ faciebat; multi autem eorum, qui habebant spiritus immundos clamãtes voce magna spiritus emitebant: multi autem paralitici, & claudi curati sunt.

Arripite

Digitized by Google

Arripite fugam persecutores seruorum Dei, & rebelles, per S. Paulum Apostolum, & per virtutes non modicas, quas Deus operabat in illo, ita vt etiam super languidos deferrerentur à corpore eius sudaria, vel semicincta, & recedebant ab eis languores, & spiritus nequam egrediebantur. Fugite maledicti, per omnes Sanctos Apostolos Dei, & per omnes eorum virtutes, & miracula.

Fugo vos nefandissimi rebelles Dei, per S. Laurentium, qui signo Crucis cæcos illuminauit. Fugite, per S. Cyriacum, qui Arthemiam Dioclitiani filiam à Dæmone liberauit, qui etiam filiam Regis Persarum eripuit à nefario spiritu.

Discedite ò spurcissimi, & iniquissimi Dæmones. Fugite, per S. Vbaldum, qui multos Dæmones fugauit. Præcipio etiam, vt fugiatis ò ingrati Dæmones, per S. Bernardum Abbatem, per Sanctum Antonium Abbatem, *Dictum Sancti Antonij Abbatis.*

Digitized by Google

qui dicebat mihi. credite fratres; pertimuit Sathanas piorum vigilias, orationes, ieiunia, voluntariam paupertatem, misericordiam, & humilitem, maxime vero ardentem amorem in Christum Dominum; cuius vnico Sanctæ Crucis signo debilitatus aufugit: sic autem Dæmonijs erat reformidabilis, vt multi per Aegyptum ab illis agitati, inuocato nomine Antonij liberarentur. Fugite maledicti, per S. Antonium de Padua, per S. Nicolaum de Tolentino, per S. Cyprianū, per S. Geminianum, & per S. Zenonem. Fugite, per omnes alios Sanctos, & Sanctas Dei, qui omnes sunt flagellū vobis maledictis Dæmonibus realiter, virtualiter, personaliter, & potestatiue, omni mora posposita: & nunquam accedatis ad hanc creaturā Dei N. seruatis omnibus alijs conditionibus, & clausulis supra dictis, sub pœnis impositis supra. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amē.

Coniuro

Coniuro vos ✠ inimicos fidei Christianæ, & Dæmones rebelles Dei cuiuscunq; conditionis,& nominis sitis, qui infestatis hanc creaturam Dei N. omnes vobis fauentes,cuiuscunq;præsidentiæ sint, vt minister Domini Iesu Christi habens plenam auctoritatem, potestatem, & libertatem, vobis impero, vt fugere debeatis,auctoritate prædicta,& per illam virtutem, quam habet S. Vbaldus super vos. Fugite per Iesum,qui ait. Super ægros manus imponent, & bene habebunt: serpentes tollent, & non nocebũt vobis. Per Iesum, qui accipiens panem benedixit,& fregit dicens. Accipite, & manducate. Hoc est enim corpus meum: & per vinum, quod posuit in Calicem dicens. Accipite, & bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorũ: & per illum amorem, quo ardebat Virgo Maria in amore Iesu Christi,

Digitized by Google

& per dilectionem, quæ est inter Christum, & Ecclesiam, vt statim ab hac creatura recedatis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

In nomine Iesu vobis præcipio, ò spiritus obstinatissimi, & inuidi, ne comprimatis, nec comprimere possitis, nec molestare, nec vexare valeatis in aliquo, etiam minimo hãc creaturam Dei N. sed per omnia supradicta fugiatis, per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

CON-

Digitized by Google

CONIVRATIO XXI.

PRæceptum ad cognoſcendum, an Dæmon ſit in corpore: & valet etiam ad eum manifeſtandum.

Digitized by Google

Præcipio de mandato Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti: & ex parte Beatæ Virginis Mariæ; & ex parte omniũ Sanctorum, Angelorum, Archangelorum; & ex parte S.S. Petri, & Pauli, & aliorum Apoſtolorum: & ex parte Sanctorum Innocentium, & Martyrum omnium: & ex parte S. Patris Vbaldi, & per ſanctum eius corpus, & per ſancta ieiunia ſua, per orationes ſuas, per gloriam, quam habet in Cœlo, & per virtutem, quam habet ſuper Dæmones; & ſtrictiſſime prȩcipio, ò Dęmõ, ſi adſis in hoc corpore, vt te manifeſtes, in virtute ſanctæ obedientiæ ſub pœna excomunicationis latæ ſententiæ, & ſub pœna maledictionis æternæ, & ſub pęna detruſionis in baratrum, per inimicos tuos, ſtatim ab exitu tuo ex hoc corpore, ſub pœna omnium pœnarum, quæ datæ ſunt Dæmonibus in iſta Eccleſia S. Vbaldi à principio, quando fundata fuit, vſq; nunc, & quę

in

Digitized by Google

in posterum dabuntur Dæmonibus,& sub pœna omnium maledictionum, quæ datæ sunt à principio creationis mundi, vsque nunc, in quibus pœnis volo, & declaro te, vel vos, si plures estis incursos esse, finito hoc peremptorio, quæ semper augeantur, donec obedientiam præstetis Sacerdoti; & tradat vos Dominus, ò serui nequam tortoribus infernalibus, donec obedientiam reddetis Sacerdoti.

Igitur præcipio, ò Dæmon, si ades in corpore, vt te manifestes sine offensa huius creaturæ N. aut loquaris, aut in pede sinistro huius creaturę des signum tuæ præsentiæ mouendo pedem, vel contremiscas in ipso, vel moueas manum dexteram sine minimo dolore huius creaturæ Dei N. & discas in nomine Sancto Dei sub pedibus nostris incuruare te, & obtemperare volũtati Diuinæ: & sicut Deus benedictus deambulans in Paradiso ad aurã post meridiem citauit Adam.

Post

Post peccatum (te suggerente) qui respondit, vocem tuam Domine audiui, & timui eo, quod nudus essem: ita per eandē virtutē, qua citatus fuit Adam, & respondit; Ego Carolus Sacerdos Dei auctoritate, qua fungor ipsius imperatoris cito te ò Dæmon, si ades in isto corpore, ad cōparendum realiter, sub pœnis supra dictis, & sub omnibus præceptis factis in hoc libro, ad pedē siniſtrum huius creaturę N. & illū aliquantulum moueas, vel in ipso cōtremiscas: vel moueas manum dexteram huius creaturæ Dei N. in ipsa contremiscas: vel moueas linguā huius creaturæ, sine aliqua offensa, vel nocumēto: vel respondeas, & loquaris, vel da aliquod signū reale tuæ præsentiæ, vt possim clare, aperte, & realiter cognoscere te esse hic. Igitur omni mora postposita, dolo, & fraude da signum verum, & reale tuæ præsentiæ, & pro termino assigno tibi Salutationem Angelicam Aue Maria &c.

Vade

Digitized by Google

Vade immunde ſpiritus ad obedientiam; erubeſce miſer. durum, eſt tibi cõtra ſtimulum calcitrare, & Chriſto velle reſiſtere; quia Deum, qui te genuit dereliquiſti, & oblitus es Domini creatoris tui, ò ingratiſſime Dæmon: dixiſti, aſcendam in Cęlum, & ſimilis ero altiſſimo; in Infernum detraheris; quia nihil eſt iuſtius, quam humiliare ſuperbũ. Depoſuit potẽtes de ſede, & exaltauit humiles. neſcis Dęmõ, quod ſuperbia odibilis eſt Deo, & hominibus. da ſignum dictũ, ſi ades, etiã pro termino aſſigno tibi Simbolum Apoſtolicum. humiliare ſub potenti manu Dei, & fac obedientiã dictã. Chriſtus dicit. Dedi vobis poteſtatẽ ſuper omnia Dæmonia, & ſuper virtutes eius. O ſuperbe, maculaſti ſtratũ, dũ aſcendere volebas cubile patris tui, & creatoris tui. Ideo merito effuſus es ſicut aqua. Ad obedientiam ergo, & pro primo, ſecundo, tertio, & vltimo peremptorio aſſigno tibi Pater noſter,

quæ

quæ est oratio Dominicalis. Fac obedientiam, si nolis eam facere amore Dei, quem odio habes; saltem fac timore pœnarum, quæ, finito hoc peremptorio, venient tibi statim, vt supra dixi. Da signum, da signum dictum ò bestia obstinata, & ingratissima, quia ad vltimum terminum deuenio.

Præcipio tibi, vt obedias, & des signum dictum, vel te manifestes, per eum, qui fecit Cœlum, & terram, & omnia: qui te de Cœlo eiecit: qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. disce obedire, ò seductor, qui toties infernū meruisti, & in dies meres; vt discas obtemperare.

Constringo per Deum æternum, immensum, infinitæq; potentiæ, qui facit magna solus, & inscrutabilia, in Cœlo, & in terra. Impero tibi per Deum Patrem potentissimum, sapientissimum, & optimum, qui dicitur

Pater

Digitized by Google

Pater æterna generatione, quia ab æterno filium sibi æqualem genuit, cui Diuinitatis suę essentiam communicauit, qui dicitur Pater prædestinatione; quia prædestinauit nos in adoptionem filiorum; quia fecit nos secundum corpus, creauit secundum animam, & possedit secũdum vtrunq; qui dicitur Pater redemptione, quia filius sibi ęqualis humanatus suo pretioso sanguine, & Sacramentali regeneratione, & fidei instructione à tyranida potestate Luciferi redemit.

O quam durus es ò superbe Dęmon, si ades fac signum dictum, quia adiuro te ✠ & præcipio per Sanctissimam Trinitatem Patrem ✠ & Filium ✠ & Spiritum ✠ Sanctum. Amen. Per Beatam Virginem Mariam, per Sanctum Vbaldum, & per omnes Sãctos, & Sanctas Dei. Ad obedientiam ò creatura, & bestia fœtidissima, & ingratissima: ad obedientiam pessime Dæmon; quia hãc creaturã nunquam

euertere

Digitized by Google

euertere poteris; quia Christus custos eius est, nec latites, nec latites, ò seductor: sed manifesta te; quia tibi crescit tormentum. da locum, & cede Deo; quia per virtutem sūmi Imperatoris nobis obedire teneris, & verba Dei, quæ de ore nostro exeunt, sunt ignes feruentissimi, qui te comburent æternaliter. maledictus, & excomunicatus, & à Deo; si in pœna æternali; si statim non eris obediens meis præceptis, factis in nomine Iesu. Igitur præcipio in nomine Iesu, vt obedias. cede, cede, cede in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Coniuro, & exorcizo te ✠ spiritum flagitiosum, si ades in corpore, vt sis obediens dans signum dictum, nec latites ò spiritus obstinate, nec sit, qui te impediat, aut adiuuet; sed esto obediens meis præceptis, imo verius Domini Nostri Iesu Christi; quia in hoc officio fungor illius auctoritate, tanquam Sacerdos, & minister manifesta te,

Digitized by Google

te, seu vos, si plures estis: nam præcipio per illum, per quem omnes montes, & colles, & valles omnes implebuntur, & erit totus mundus æqualis. per illum te exorcizo ✠ vt manifestes te, nec me amplius lateas creatura immunda; quia, qui videt in abscondito, te cognoscit, & Deo nihil est occultum. manifesta te, dico per illum, in quo Sol, & Luna obscurabuntur, & Stellæ cadent de Cœlo. Coniuro ✠ te pessime Dæmon, vt te manifestes, omni mora postposita, per illum, qui venturus est ad iudicium, sicut imperator, & omnia insignia proferentur, ita Dominus noster Iesus Christus veniet cum omnibus suis ordinibus Angelorũ, & omnia turbabuntur in tempestate ignis, & ignis ante ipsũ præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius: & pluet super te ò cruenta bestia, & super peccatores laqueos ignis, sulphur, spiritus procellarum, & erit hæc pars tua ò pessime Dæmon,

& in-

Digitized by Google

& ingratiſſima creatura, & pugnabit pro eo orbis terrarum contra inſenſatos: &, peracto iudicio, Diabolum cũ omnibus ſuis impijs in carcerem, & in ſtagnum ignis, & ſulphuris, vbi eſt omnis miſeria, Chriſtus præcipitabit: ipſe vero cum ſuis electis triumphali gloria in Cœlum, vbi eſt ſumma lætitia, reuertetur.

O maledicte, donec te manifeſtes, defluere faciat te Dominus, ſicut fluit cera à facie ignis, lacum aperuiſti, & effudiſti eum, & cecidiſti in foueam, quam feciſti. Deſtruè Domine inimicum tuum, & vultorem in rigore iuſtitiæ tuæ. O Dæmon ſedes in inſidijs, vt interficias innocentem, & inſidiaris in abſcondito, quaſi Leo in ſpelunca ſua. Contere Domine brachiũ peccatoris, & maligni in laqueo ſuo, ad nihilum deductus es maligne in conſpectu eius; timentes autem Dominum glorificat; aperiat baratrum os ſuum, & rugiens rapiat te,

vel

Digitized by Google

vel vos. Intonuit Altissimus de Cœlo, & super te, vel vos cecidit grando, & carbones ignis, quid gloriaris, ò superbe, qui potens es in iniquitate: manifesta te, nec lateas; quia, qui habitat in Cœlis, irridebit te, & nihil est ei occultum; nec latites seductor; sed da gloriam Deo, & manifesta te, vt statim fugias ab hac creatura Dei N. cum circumstantijs dictis supra.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui aderunt eum à facie nostra, sicut deficit fumus deficiant Dæmones à facie nostra; quia intendo in his præceptis factis, & faciendis etiam, & si non te manifestes, fugias, vel fugiatis, vt supra dixi, fuge, vel manifesta te, ò fons vitiorum, & artium pessimarum magister, per S. Vbaldum, & per suam sanctam, ac benedictam vitam. Fuge, vel manifesta te, ò scorpio venenate, & fortitudo tua, vt fanilla stupæ, & opus tuum,

Digitized by Google

quasi scintilla, & succendetur vtrũq; simul, & non erit, qui non extinguat. viues in malitia tua, & obstinatione, & opere malo, vt crucieris perpetuo: & quanto tardius exies, tanto maius tibi supplium crescet.

Cede Deo, qui te creauit, ò seductor Dæmon: cede, deiecte de Paradiso; cede cultor peruersorum damnatorum; cede deformis, & leprose; cede infœlix; cede vitæ raptor, & iustitiæ declinator: cede spurcissime sus; cede angele nequissime, & carbonari caliginose, & corue nigerrime; cede inimice Iesu Christi, quia auges pœnas tuas his tuis machinationibus. nunquam hanc creaturam euertere poteris; quia Christus eius custos est, tempus conteris. Igitur fuge, vel te manifesta, adiuro te ✠ per obedientiam, quam fecit Iesus Christus; Quia factus est obediens, vsque ad mortem, mortem autem Crucis, vt fugias, vel manifestes

stes te nunc in instanti, quia non est tempus differendi; humiliare ò pater mendacij, per illum, qui superbiam extirpauit, & introduxit humilitatem. humiliare, explantare, eradicare, confundere, & effugare, omni mora postposita, ab hac serua Dei N. seruatis omnibus clausulis, & circumstantijs supra dictis. Quid stas, & resistis, cum scias, Christum tuas perdere vires? O maledicte exterminas oleum suauitatis, fac obedientiam: & cede Deo creatori tuo, qui te eiecit de Cœlo, propter tuam superbiam; qui etiam te eijcet de hoc templo suo, sicut eiecit ementes, & vendentes in templo, dicēs. Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum: fac obedientiam ò latro infernalis. manifesta te, vel fuge à seruis Dei, à quibus sæpe confusus fugisti, & confundat te Dominus, sicut confusus fuisti in multis mulieribus,

Digitized by Google

& præcipue in Maria Magdalena, à qua Christus eiecit septē Dæmonia. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum, qui in Cruce dixit Consumatum est, ipse sua bonitate, & pietate consūmet tristitiam tuam, & tuorum sociorum, & qui non diligit Dominum Iesum anathema sit. cede per illum, qui te iniquum tyrannum deputauit in ignem æternum. Fuge, demum phantasma maledictum, per Sanctum Vbaldum, vbicunq; latites, in corpore, vel circa, vel in rebus, aut habitatione istius creaturæ Dei N.

Item præcipio tibi in nomine Iesu, & omnibus, ac singulis spiritibus, siue sint in corpore, siue circa, siue extra; & etiam illis, qui dant auxilium istis spiritibus, qui vexant, vel desiderant vexare hāc creaturam Dei N. vt totam attentionem ad hæc, & ad omnia dicta, vel dicenda dirigatis, & audiatis, attentè, cum reuerentia tui conditoris, & cum reuerentia mei Sacerdotis

Digitized by Google

cerdotis. sub pœnis igitur supradictis, præcipio vobis, vt ab ista imagine Christi exeatis, siue vnus, siue plures sitis.

O inimici omnium bonorum, exturbemini, & expellamini de templo Christi, & nunquam, ad hanc creaturam vexandam veniatis. Fugite, per Beatam Virginem Mariam, per Sanctum Angelum Custodem huius creaturæ Dei N. & per S. Vbaldum Episcopum, & Confessorem, & per omnes Sanctos, ac Sanctas Dei, vt supra dixi cum omnibus clausulis, & circūstantijs dictis in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Hic Exorcista poterit legere hos Psalmos contra Dæmones repertos, qui maximę sunt efficaciæ, & potentiæ.

Digitized by Google

Psal. 34. IVDICA Domine nocentes: & expugna impugnantes me. Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutorium mihi. Effunde framea, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me: die animæ meæ salus tua ego sum. Confundantur, & reuereantur: quærentes animam meam. Auertantur retrorsum, & confundantur: cogitantes mihi mala. Fiant tanquam pulus ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos. Fiat via illorum tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini persequens eos. Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerũt animam meam. Veniat illis laqueus, quem ignorat, & captio, quam abscondit apprædendat eum: & in laqueum cadat in ipsum. Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent: Domine quis similis tibi. Eripiens inopem de manu fortiorũ eius, egenum

Digitized by Google

egenum,& pauperem à deripientibus eum. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam: interrogabant me. Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ. Ego autem cum mihi molesti essent: induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animã meam, & oratio mea in sinu meo cõuertetur. Quasi proximũ, & quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens, & contristatus, sic humiliabar. Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella,& ignoraui. Dissipati sunt,nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenderunt super me dentibus suis. Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum à leonibus vnicam meam. Confitebor tibi in Ecclesia magna: in populo graui laudabo te. Non supergaudeãt mihi, qui aduersantur mihi iniquè, qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Digitized by Google

Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: & in iracundia terræ loquentes dolos cogitabant. Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt euge euge viderunt oculi nostri. Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à me. Exurge, & intende Iudicio meo: Deus meus, & Dominus meus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus: & non supergaudeant mihi. Non dicant in cordibus suis, euge, euge, animæ nostræ: nec dicant deuorabimus eum. Erubescant, & reuereantur simul: qui gratulantur malis meis. Induantur confusione, & reuerentia: qui maligna loquuntur super me. Exultent, & lætentur, qui volunt Iustitiam meam: & dicat semper magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius. Et lingua mea meditabitur Iustitiam tuam: tota die laudem tuam.

Psal-

Digitized by Google

Psalmus 51.

QVID gloriaris in malitia : qui potens es in iniquitate? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam, super benignitatem : iniquitatem magis, quam loqui æquitatem. Dilexisti omnia verba præcipitationis: lingua dolosa. Propterea Deus destruet te in finē : euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium. Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebūt : & dicent, ecce homo, qui nō posuit Deum adiutorem suum. Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum : & præualuit in vanitate sua. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei : sperauī in misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæculi. Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti : & expectabo

nomen

Digitized by Google

nomen tuum; quoniam bonum est in conspectu Sanctorum tuorum.

Symbolum Sancti Athanasij.

QVICVNQVE vult saluus esse: ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem. Quam nisi quisque integram, inuiolatamque seruauerit, absq; dubio in æternum peribit. Fides autem catholica hæc est; vt vnum Deum in Trinitate: & Trinitatem, in vnitate veneremur. Neque confundentes Personas: neque substantiam separantes. Alia est enim Persona Patris, alia Filij: alia Spiritus Sancti. Sed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti vna est Diuinitas, æqualis gloria, coæterna maiestas. Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus Sanctus. Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus Sanctus.

Immensus

Immensus Pater, immensus Filius: immensus Spiritus Sanctus. Aeternus Pater, æternus Filius: æternus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus. Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus, & vnus immensus. Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus Sanctus. Et tamen non tres omnipotentes; sed vnus omnipotens. Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres Dij: sed vnus est Deus. Ita Dominus Pater, Dominus Filius; Dominus Spiritus Sanctus. Et tamen non tres Domini: sed vnus est Dominus. Quia sicut singilatim vnamquamque personam Deum, ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: Ita tres Deos, aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur. Pater à nullo est factus: nec creatus, nec genitus. Spiritus Sanctus à Patre, & Filio:

nec

nec factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Vnus ergo Pater non tres Patres: vnus Filius, non tres Filij: vnus Spiritus Sanctus, non tres Spiritus Sancti. Et in hac Trinitate nihil prius, aut posterius, nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæquales. Ita, vt per omnia, sicut iam supra dictum est: & vnitas in Trinitate, & Trinitas in vnitate veneranda sit. Qui vult ergo saluus esse: ita de Trinitate sentiat. Sed necessarium est ad æternam salutem; vt incarnationem quoq; Domini nostri Iesu Christi fideliter credat. Est ergo fides recta, vt credamus, & confiteamur: quia Dominus Noster Iesus Christus Dei filius, Deus, & homo est. Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus: & homo est ex substantia Matris, in sæculo natus. Perfectus Deus, Perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens. Aequalis Patri, secundum

Diuinitatem

Diuinitatem: minor Patre secundum Humanitatem. Qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus. Vnus autem non conuersione Diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum. Vnus omnino, nõ confusione substantiæ, sed vnitate personæ. Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita Deus, & homo vnus est Christus. Qui passus est pro salute nostra, descendit ad Inferos: tertia die resurrexit à mortuis. Ascendit ad Cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos, & mortuos. Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis proprijs rationem. Et qui bona egerunt ibunt in vitam æternã, qui vero mala, in ignem æternum. Hæc est fides Catholica, quam nisi quisq; fideliter, firmiterq; crediderit: saluus esse non poterit.

Psal-

Digitized by Google

Psalmus 14.

VSQVEQVO Domine obliuiscéris me in finem? vsquequo auertis faciem tuam à me. Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem. Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus. Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, prævalui aduersus eũ. Qui tribulant me exultabunt, si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui. Exultabit cor meũ in salutari tuo: cantabo Domino, qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi.

Psalmus 90.

QVI habitat in adiutorio altissimi: in protectione Dei Cœli commorabitur. Dicet Domino susceptor meus es tu: & refugium meum Deus

Digitized by Google

Deus meus ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantiũ: & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circundabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno. A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu, & Dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dexteris tuis: ad te autem non appropinquabit. Veruntamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es Domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt ne forte offendas: ad lapidem pedem tuum. Super Aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis: & conculcabis Leonem, & Draconem.

Quoniam

Digitized by Google

Quoniam in me sperauit liberabo eũ: protegam eũ, quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Psalmus 67.

EXVRGAT Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant, qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia. Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius: patris orphanorum, & iudicis viduarum

Deus

Digitized by Google

Deus in loco ſancto ſuo : Deus , qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine , ſimiliter eos, qui exaſperant : qui habitant in ſepulcris. Deus cum ægredereris in conſpectu Populi tui : cum pertranſires in deſerto. Terra mota eſt, etenim Cœli diſtillauerunt à facie Dei Synai:à facie Dei Iſrael. Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ: & infirmata eſt,tu vero perfeciſti eam. Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi Deus . Dominus dabit verbum euangelizantibus : virtute multa. Rex virtutum dilecti,dilecti : & ſpeciei domus diuidere ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ : & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam,niue dealbabuntur in Selmon : mons Dei, mõs pinguis. Mons coagulatus,mons pinguis : vt quid ſuſpicamini montes

Digitized by Google

coagulatos? Mons in quo beneplacitū est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem. Currus Dei decē millibus multiplex, millia lętantiū: Dominus in eis in Sina in Sancto. Ascendisti in altū, cœpisti captiuitatē: accepisti dona in hominibus. Etenim nō credentes: in habitare Dominum Deum. Benedictus Dominus die quotidie: prosperum iter faciat nobis Deus salutariū nostrum. Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis. Verūtamen Deus confringet capita inimicorū suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis. Dixit Dominus ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris. Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canū tuorum ex inimicis ab ipso. Viderunt ingressus tuos Deus: ingressus Dei mei Regis mei, qui est in Sancto. Præuenerunt principes coniūcti psallentibus: in medio iuuenculatū tympanistriarum. In Ecclesijs

Digitized by Google

cleſijs Benedicite Deo Domino : de fontibus Iſrael. Ibi Beniamin adoleſcentulus:in mẽtis exceſſu. Principes Iuda,duces eorum:Principes Zabulon principes Nephthalim. Manda Deus virtuti tuæ : confirma hoc Deus,quod operatus es in nobis. A templo tuo in Hyeruſalem: tibi offerẽt reges munera. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorũ:vt excludãt eos,qui probati ſunt Argento. Diſſipa gentes,quæ bella volunt, venient legati ex Aegypto: Aethiopia prẽueniet manus eius Deo.Regna terræ cantate Deo: Pſallite Domino. Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper Cœlum Cœli: ad Orientem. Ecce dabit voci ſuę vocem virtutis, date gloriam Deo ſuper Iſrael : magnificentia eius, & virtus eius in nubibus. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis, Deus Iſrael ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ : benedictus Deus.

Digitized by Google

Psalmus 23.

DOMINI est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem Domini: aut quis stabit in loco sancto eius. Innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam: nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentiũ eum: quærentium faciem Dei Iacob. Attollite portas, principes, vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & & introibit rex gloriæ. Qui est iste

Digitized by Google

rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

Pſalmus 10.

IN Domino confido, quando dicitis animæ meæ: tranſmigra in montem ſicut paſſer. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt: iuſtus autem, quid fecit. Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in Cœlo ſedes eius. Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iuſtum, & impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam ſuam. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum pars calicis eorum. Quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitiam dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

Digitized by Google

Psalmus 117.

CONFITEMINI Domino, quoniam bonus: quoniam in sęculum misericordia eius. Dicat nunc Israel, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aron: quoniam in sęculum misericordia eius. Dicant nunc, qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius. De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in Domino: quam confidere in homine. Bonum est sperare in Domino: quã sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me: & in nomini Domini, quia vltus sum in eos. Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini, quia vultus sum in eos. Impulsus, cuersus

Digitized by Google

euerſus ſum, vt caderem: & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea, laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem. vox exultationis, & ſalutis: in tabernaculis iuſtorum. Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Dextera Domini fecit virtutem. Non moriar, ſed viuam: & narrabo opera Domini. Caſtigans caſtigauit me Dominus: & morti non tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor Domino: Hæc porta Domini. Iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi, quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem. Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli. A Domino factum eſt iſtud; & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc dies, quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea. O Domine ſaluum me fac, ò Domine bene proſperare: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

Digitized by Google

Benedixímus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis. constituite diem solemnem in condensis: vsq; ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: quoniam in sæculum misericordia eius.

Quando Sacerdos præcipit aliquid Diabolo, & obedire non vult, tunc legat hæc præcepta.

Digitized by Google

CONIVRATIO XXII.

Exorcizatio obsessi.

EXORCIZO te ✠ infirmum N. per Sacrosancti Baptismi vndam, regeneratum, per Deum viuum ✠ per Deum

Præcepta. vt Dæmon obediat.

Digitized by Google

Deum verũ ✠ per Deum Sanctum ✠ per Deum, qui te ſuo pretioſo ſanguine redemit, vt fias homo exorcizatus, vt effugiat, atq; diſcedat à te omnis phantaſia, & nequitia Diabolicæ fraudis, omniſq; ſpiritus immundus adiuratus per eum, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos &c.

De Epiſtola B. Pauli Apoſt. ad Romanos in cap. 1.

NOLO autẽ vos ignorare Fratres, quia ſæpe propoſui venire ad vos (& prohibitus ſum, vſq; adhuc) vt aliquem fructum habeam in vobis ſicut, & in cœteris gentibus græcis, ac barbaris. Sapientibus, & inſipientibus debitor ſum. Ita (quod in me) promptum eſt, & vobis, qui Romæ eſtis, euangelizare. Non enim erubeſco Euangelium. Virtus enim Dei eſt

Digitized by Google

est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco: Iustitia enim Dei in eo reuelatur, ex fide in fidem, sicut scriptum est: Iustus aut ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de Cœlo super omnem impietatem, & iniustitiã hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia, quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit.

℣. Laus tibi Christe.

Oratio.

DOMINE Deus, tu es spes mea, & fiducia mea, & cõsolator meus fidelissimus in omnibus, qui salutem nostram, & profectum nostrum solummodo prætendis, & omnia in bonum conuertis, & qui mille modis dilectos tuos probare consueuisti, & in necessitatibus auxiliaris oportunis. Succurre nobis in hac necessitate, & sicut

Digitized by Google

& sicut tua præsentia, Asina Balaam locuta est veritatem, ac Angelo obedientiam præstitit: sic Deus meus arctare digneris hanc bestiam, & leonem rugientem, ad obedientiam nostram, vt consolati de tua misericordia tibi referamus gratias æternas. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Præcepta.

TIMEs iudicia Dei ò Dæmon, expaueſce, & perſcrutare in quãtis deliquiſti, & verum bonum neglexiſti, & eſto obediens præceptis meis factis in nomine Ieſu Chriſti.

Impero tibi valide obediẽtiam, per Deum Creatorem tuum, & Saluatorem noſtrum, ò inſenſate Dæmon, falſe, reprobe, & iniquiſſime ſpiritus. obedi, obedi ò inimice fidei, mandatis meis, per S. Vbaldum, qui Azonem præsbyterum à poſtemate laborãtem ſanauit.

D. Vbaldus ſanauit Azonem infirmum.

Digitized by Google

sanauit. Esto obediens ò aduersarie humani generis, mortis adductor, & vitæ raptor, iustitiæ declinator, malorum radix, fons vitiorum, & proditor gentium.

Constringo te viriliter, ò seductor hominũ, & incitator inuidiæ, vt obedias, per Iesum, qui vult solus super omnia amari. ergo obedi, ò origo auaritiæ, causa discordiæ, excitator malorum, & Dęmonum magister, per Dominum Deum excelsum possessorem Cœli, & terræ, obedi per Vbaldum Episcopum, qui diuersos cæcos illuminauit.

D. Vbaldus cæcis diuersis lumen restituit.

Adstringo te, ò miserrima creatura, tentator hominum, & caput iniquorum, vt cogaris obedire, per Diuinam generationem verbi æterni, de qua Isaias. Generationem eius, quis enarrabit? Cęde immundissime spiritus, & esto obediens, ò seminator zizaniorum, dissipator pacis, fœtor discordiæ, pessime dux tenebrarum, per

Vbaldum

Digitized by Google

Vbaldum, & omnem ſuam ſanctam vitam. O maledicte Dæmon memento, quod tribuiſti creatori tuo mala pro bonis. obedi mandatis noſtris, ò maligniſſime, & nefandiſſime ſuſurrator. Impero tibi diſtrictius ò creatura damnata, & rebellis Dei, & totius Cęleſtis curiæ, per Ieſum, qui fuit conuiua, & conuiuium, ipſe comedens, & qui comeditur ſub ſpecie cibi, & potus, & eſurientes, & ſitientes iuſtitiam, his myſterijs doceret eſſe recreandos: & per virtutem illam, qua Chriſtus mãducatus viuit, & integer manet totus in Cœlo, & totus in corde noſtro, & occiſus reſurrexit. Obedi maledicte Sathan, & eſto manſuetus, & time iuſtitiam Dei, & expauefce. da gloriam Deo.

Iterum præcipio tibi diſtrictius, vt obedias præceptis meis ò Sathan, per eũ, cui data eſt omnis poteſtas in Cœlo, & in terra, qui paulo ante fuerat crucifixus, & ſepultus in tumulo, qui

qui postea resurrexit. obedió coluber tortuose, quia teneris obedire, per illam virtutem nobis datam à Christo.

Adstringo ad obediendum mandatis nostris, per Iudicem viuorum, & mortuorum, quando dicet tibi, & vobis. ite maledicti in ignem æternum. Constrincto, vt obedias mihi, per Iesum, qui conseruat Mundum vniuersum, & lætificat Cœlum.

Impero tibi, per Iesum, qui in suo aduentu eiecit Diabolum ab animabus hominum per baptismum, & pœnitentiam; in virtute tamen suæ passionis, eiecit pariter eũ à corporibus obsessis, & à toto populo gentili, in quo habitabat per Idolatriam.

Nec latites maledicte Dæmon: nec latites creatura damnata, reprobata, & maledicta à Deo in æternum; sed obedias mandatis meis, per Iesũ, qui dixit. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes

Digitized by Google

serpentes tollent, & si mortiferum quid biberint non eis nocebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt. obedi, obedi per hanc virtutem.

Adstringo te, & præcipio, vt obedias præceptis meis, per Iesum, qui Crucifixus est pro salute humani generis. Præcipio tibi, ò cocodrille inuide, per miraculum Iesu, & est, quod iustificauit impium à morte peccati. Destruxit ipsum peccatum, remouit obicem, mutauit eius voluntatem, posuit eius sanguinem, concreauit gratiam nouam; ita vt, qui persequebantur Christum, morerentur pro Christo; & qui erant in potestate Diaboli, ipsi in nomine Iesu fugarent Dæmones à corporibus obsessis, & ab animabus, per Sacramenta Ecclesiæ. Obedi coluber tortuose mãdatis meis & si hominem fallis Deum irridere non poteris; quia ipse est summa bonitas, & est Rex Regum, & Dominus Domi-

Dominantium. igitur cede non mihi, ſed miniſtro Chriſti. cede fera peſſima, & ſus famelice: cede deriſio totius Curiæ Cœleſtis, cede carbonarie caliginoſe, cede canis, cede beſtia cruenta, cede inuidioſe ſine gratia Dei in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Conſtringo te, ò iniquiſſime Dæmon, vt obedias mandatis meis, per Vbaldum Sanctum, qui habet virtutem ſuper vos aſpides, & baſiliſcos. Obedi, per Vbaldum Sanctum, & per Sanctum Corpus ſuum, & per omnia ſua merita. Obedi mihi ò peſſime Dæmon, quia Chriſtus vult vos perſequi. Obedi, quia Chriſtus fuit obediens, vſq; ad mortem, mortem autem Crucis, quod Deus dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, & in nomine Ieſu omne genu flectatur Cœleſtium, terreſtrium, & inferorum: & omnis lingua confiteatur, quod Ieſus eſt in gloria Dei Patris.

Digitized by Google

Audi ò creatura damnata, & reprobata à Deo propter tuam nequitiam. Audi sceleratissime, & nefandissime Dæmon, & obedi mandatis meis, factis in nomine tui creatoris. Obedi, quia impero tibi, per Sanctissimam Trinitatem Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & sub pœna detrusionis in stagnum ignis, & sulphuris per annos centum ab exitu tuo ex hoc corpore per manus inimicorum tuorum: obedi seductor hominum, quia impero tibi, per Beatam Virginem Mariam Matrem Domini Nostri Iesu Christi. Impero tibi, per Sanctos Angelos, Archangelos, & per omnes illos Sanctos Spiritus, qui sunt in Cœlo. Obedi, per omnes Sanctos Patriarchas, & Prophetas. Obedi, per omnes Sanctos Apostolos Principes terræ. Obedi, per omnes Sanctos Innocentes Martyrum flores. Obedi, per omnes Sanctos Martyres, & per sanguinem eorum. Obedi, per omnes Sanctos

Digitized by Google

Sanctos Confessores. Obedi, per omnes Sanctas Virgines sponsas Christi. Obedi, per omnes Sanctas Viduas. Obedi, per omnes Sanctos, ac Sanctas Dei. Da locum durissime Dæmon, & cede Deo, & mihi suo ministro; & ne me contemnendum putes, dum me peccatorem cernis. Imperat tibi Deus Pater ✠ & Filius ✠ & Spiritus ✠ Sanctus. Cede dico, & obedi, per Iesum Christum Dominum Nostrum, & per omnes Sanctos suos. Amen.

Digitized by Google

CONIVRATIO XXIII.

Ex Daniele Propheta. Cap. 7.

Dæmones multũ timent hæc sancta verba.

ASPICIEBAM donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vesti-

Digitized by Google

veſtimentum candidum quaſi nix, & capilli capitis eius, quaſi lana munda. Thronus eius flammæ ignis: rotæ eius ignis accenſus. Fluuius igneus rapiduſq; egrediebatur à facie eius. Millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei: iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Aſpiciebam, propter vocem ſermonũ grandium, quos cornu illud loquebatur, & vidi quoniam interfecta eſſet beſtia, & perijſſet corpus eius, & traditum eſſet ad comburendum igni. Audi, audi ò inſenſate Dæmon, & fuge: quia tu es beſtia tradita ad comburendam igni. Fuge à ſeruis Dei, abſque mora; quia Deus vult vos perſequi.

Factum eſt ſilentiũ in Cœlo, dum committeret bellum Draco cum Michaele Archangelo, audita eſt vox millia millium dicentiũ ſalus, honor, & virtus omnipotenti Deo.

Die autẽ vigeſima, & quarta menſis

Digitized by Google

primi eram iuſta fluuiũ magnum, qui eſt Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi: & vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quaſi chryſolitus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi, vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum sũt, vſq; ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius, vt vox multitudinis. Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem: porrò viri, qui erant mecum, non viderunt: ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum. Ego autem relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc: & non remanſit in me fortitudo, ſed ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quidquam virium. Et audiui vocem ſermonum eius: & audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum, vt dixit

ad

Digitized by Google

ad me: Daniel vir desideriorũ, intelli-
ge verba, quæ ego loquor ad te, & sta
in gradu tuo: nũc enim sum missus ad
te: cumq; dixisset sermonem istũ, steti
tremens, & ait ad me: Noli metuere
Daniel: quia ex die primo, quo posui-
sti cor tuũ ad intelligendum, vt te af-
fligeres in conspectu Dei tui, exaudita
sunt verba tua: & ego veni propter
sermones tuos. Princeps autem regni
Persarum restitit mihi viginti, & vno
dierũ, & ecce Michael vnus de Princi-
pibus primis venit venit in adiutoriũ
meũ, & ego remansi sibi iusta Regem
Persarum. Veni autẽ, vt docerẽ te, quę
ventura sunt populo tuo in nouissimis
diebus: quoniam adhuc visio in dies.

Hic est Michael Archãgelus, Prin-
ceps militiæ Angelorum, cuius honor
præstat beneficia populorum.

Venit Michael Archãgelus, igitur
fuge seductor hominũ per S. Michae-
lẽ, qui venit cũ multitudine Angelorũ
cui tradidit Deus animos Sanctorũ, vt
perducat eas in Paradisũ exultationis

Fuge, fuge, ò miſerrime Dæmon, per omnes Sanctos Angelos, à quorũ ſocietate, tu ò miſer proiectus fuiſti. Audi, & gemens, ac tremens diſcede: nam dicit S. Gregorius Papa. Nouem Angelorum ordines eſſe, teſtante ſacro eloquio ſcimus: Angelos, Archangelos, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, & Thronos, Cherubim, & Seraphim. Sciendum quoque eſt, quod Angelorum vocabulum nomen eſt officij, non naturæ. Nam ſacti illi Cœleſtis Patriæ ſpiritus, ſemper quidem ſunt ſpiritus, ſed ſemper vocari Angeli, nequaquam ſcimus: quia ſolum ſunt Angeli cum per eos aliqua nuntiantur. Vnde, & in Pſalmo dicitur: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus, ac ſi aperte dicat. qui eos, quos ſemper habet ſpiritus, etiam cum voluerit, Angelos facit. Hi autem, qui minima nuntiant, Angeli, qui vero ſumma, Archangeli vocantur. Hinc eſt enim,

quod

Digitized by Google

quod ad Mariam Virginem, non quilibet Angelus, ſed Gabriel Archangelus mittitur. Ad hoc quippe miniſterium, ſummum Angelum venire dignum fuerat, qui ſummum omnium nuntiabat. qui idcirco etiam priuatis nominibus cenſetur, vt ſignetur per vocabula, etiam in operatione, quid valeant. Michael namque, Quis, vt Deus: Gabriel autem, Fortitudo Dei: Raphael vero dicitur Medicina Dei. Et quoties miræ virtutis aliquid agitur, Michael mitti perhibetur: vt ex ipſo actu, & nomine detur intelligi, quia nullus poteſt facere, quod facere prævalet Deus. Vnde, & ille antiquus hoſtis, qui Deo eſſe per ſuperbiam ſimilis concupiſcit, dicens: (audi Dæmon, & confuſus fuge) In Cœlum conſcendam, ſuper aſtra Cœli exaltabo ſolium meum, ſimilis ero altiſſimo: dum in fine mundi in ſua virtute relinquetur extremo ſupplicio perimendus, in Michaele Archangelo

Digitized by Google

gelo prælaturus esse perhibetur, sicut; per Ioannem dicitur. factum est prælium cum Michaele Archangelo, ad Mariam quoque Gabriel mittitur, qui Dei fortitudo nominatur. illum quippe nunciare veniebat, qui ad debellandas aereas potestates humilis apparere dignatus est. Raphael quoq; interprætatur, vt diximus medicina Dei, quia dum Thobiæ oculos, quasi per officium curationis tetigit, cæcitatis illius tenebras terſit. date locum Deo, ò Dæmones infernales per Sanctos Michaelem, Gabrielem, Raphaelem, & per omnes Sanctos Angelos. Amen.

Sequentia S. Euangelij secundum Ioannem. cap. 13.

ANTE diem autem festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius,

Digitized by Google

eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos: & cœna facta cũ Diabolus iam misisset in cos, vt traderet eũ Iudas Simonis Iscariotes, sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad eũ vadit; surgit à cœna, & ponit vestimẽta sua, & cũ accepisset linteũ præcinxit. Deinde misit aquã in Pelicim, & cœpit lauare pedes Discipulorum, & extergere linteo, quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. & dicit ei Petrus, Domine tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei: Quod ego facio tu nescis modo, scies autem postea. Dicit ei Petrus non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus. Si non lauero te, non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine, non tantum pedes meos, sed manus, & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed

sed est mundus totus. & vos mundi estis, sed non omnes. Sciebat enim, quis nam esset, qui traderet eum, propterea dixit. Non estis mundi omnes. Posteaquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubuisset, iterum dixit eis. Scitis, quid fecerim vobis? Vos vocatis me magistrum, & Domine, & bene dicitis; sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros Dominus, & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, & quemadmodum ego feci vobis, ità, & vos faciatis. Amen amen dico vobis: non est seruus maior Domino suo: neque Apostolus maior est eo, qui misit illum. Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. Non omnibus vobis dico, Ego scio, quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura. Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis priusquam fiet, vt cum factum fuerit, credatis

credatis, quia ego sum. Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, accipit eum, qui me misit. Cum hęc dixisset Iesus turbatus est spiritus & protestatus est, & dixit, amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad inuicem Discipuli, hæsitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex Discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, quis est de quo dicit? itaq; cum recubuisset ille supra pectus Iesu dicit ei; Domine quis est? Respondit Iesus, Ille est cui intinctũ panem porrexero, & cũ intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post buccellam tunc introiuit in eum Sathanas. Et dicit ei Iesus. Quod facis fac citius. Hoc autem nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quod dixisset ei Iesus, eme ea, quæ opus sunt nobis ad diem festum,

festum, aut egenis, vt aliquid daret. Cum ergo accepisset illam bucellam, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset dixit Iesus: Nunc clarificatus est filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in se met ipso, & continuo clarificabit eum. Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Quæretis me, & sicut dixi ludæis: Quo ego vado vos non potestis venire: & vobis dico modo: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quia Discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Dicit ei Simon Petrus Domine, Quo vadis? Respondit Iesus: quo ego vado non potes me modo sequi; sequeris autem postea. Dicit ei Petrus: quare non possum te sequi modo: animam meam pro te ponam. Respondit ei Iesus. Animam tuam pro me pones: amen amen dico

dico tibi non cantabit gallus donec ter me neges.

De Epistola prima Ioannis Apostoli. cap. 3.

VIDETE qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur, & simus. Propter hoc mundus non nouit vos, quia non nouit eum. Charissimi nunc filij Dei sumus, & non dum apparuit, quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit similes ei erimus; quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis, qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus. Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Et scitis, quia ille apparuit, vt peccata nostra tolleret, & peccatum in eo non est.

Omnis

Omnis, qui in eo manet nō peccat, & omnis, qui peccat non vidit eum, nec cognoscit eum. Filioli nemo vos seducat. Qui facit iustitiam iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatum ex Diabulo est, quoniam ab initio Diabolis peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera Diaboli. Omnis, qui natus est ex Deo peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potes peccare, quoniam ex Deo natus est: in hoc manifesti sunt filij Dei, & filij Diaboli. omnis, qui non est iustus, nō est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum, quoniam hæc est annunciatio, quam audistis ab initio: vt diligatis alterutrum, non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrem suum. Et propter, quid occidit eum? quoniam opera eius maligna erant: fratris autem eius iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte

ad

ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in semet ipso manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei. Quoniam animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sed opere, & veritate. In hoc cognoscimus, quoniam ex veritate sumus, & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi si cor nostrum non reprehendit nos; fiduciam habeamus ad Deum: & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius

Digitized by Google

custodimus,& ea,quæ sunt placita;coram eo facimus, & hoc est mandatum eius, vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut dedi mandatum vobis. Et qui seruat mandata eius,in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus quoniam manet in nobis spiritu, quem dedit vobis.

Cap. 4.

CHARISSIMI nolite omni spiritui credere,sed probate spiritus, si ex Deo sint : quoniam multi pseudo prophetæ exierunt in mundũ. In hoc cognoscitur spiritus Dei: omnis spiritus, qui confitetur Iesum Christum in carne venisse,ex Deo est,& omnis spiritus, qui negat Iesum ex Deo nõ est, & hic est Antichristus,de quo audistis, quoniam venit,& nunc iam in mundo est, & vos ex Deo estis filioli, & vicistis eum,quoniã maior est, qui in vobis est,

Digitized by Google

est, quã, qui in mundo. Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus, qui nouit Deum, audit nos: qui non est ex Deo, non audit nos, in hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris. Chariſſimi diligamus nos inuicem, quia charitas ex Deo est: & omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non nouit Deum: quoniam Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniã Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos, & misit filium suum propitiatorem pro peccatis nostris. Chariſſimi sic Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrum diligere. Deum nemo vidit vnquã. Si diligamus inuicem Deus in nobis manet, & charitas Dei in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus, quo-

Digitized by Google

niam in eo manemus, & ipse in nobis, quoniam de Spiritu Sancto suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur quoniam Pater misit filium suum Saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quoniam Iesus est filius Dei; Deus in eo manet, & ipse in Deo, & nos cognouimus, & credidimus charitatem, quam habet Deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniã Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit quoniam diligo Deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt: Deum, quem

Digitized by Google

quem non videt, quomodo potest diligere? & hoc mandatum habemus à Deo, vt qui diligit Deum diligat, & fratrem suum.

Cap. 5.

OMNIS qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex Deo natus est. Et omnis, qui diligit eum, qui genuit, diligit & eum, qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus, quoniam diligimus natos Dei, cum Deum diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt. Quoniam quod natum est ex Deo, vincit mundum: & hæc est victoria, quæ vincit mundum; fides nostra: quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? hic est, qui venit per aquam, & sanguinem Iesus Christus, nō in aqua solum: sed in aqua, & sanguine, &

Digitized by Google

ſpiritus eſt, qui teſtificatur, quoniam Chriſtus eſt veritas. Quoniam tres ſunt, qui teſtimonium dant in Cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus Sanctus: & hi tres vnum ſunt. & tres ſunt, qui teſtimoniũ dant in terra: ſpiritus, aquę, & ſanguis, & hi tres vnum ſunt teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt: quoniam hoc eſt teſtimonium Dei, quod maius eſt, quoniam teſtificatus eſt de filio ſuo. Qui credit in filium Dei: habet teſtimonium Dei in ſe. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo. Et hoc eſt teſtimonium, quoniam vitã æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita in filio eius eſt. Qui habet filium habet vitam, qui non habet filium Dei non habet vitam. Hæc ſcribo vobis, vt ſciatis, quoniam vitam æternam habetis, qui credidiſtis in nomine filij Dei. Et hæc eſt fiducia, quam habemus

Digitized by Google

mus ad eum, quia quodcunq; petierimus ſecundum voluntatem eius, audit nos, & ſcimus, quia audit nos: quicquid petierimus, ſcimus, quoniã habemus petitiones, qua poſtulamus ab eo. Qui ſcit fratrem ſuum peccare, peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti nõ ad mortem. Eſt peccatum ad mortem: non pro illo dico, vt roget quis. omnis iniquitas peccatum eſt: & eſt peccatum ad mortem, & exitium. Scimus, quia omnis, qui natus eſt ex Deo non peccat: ſed generatio Dei conſeruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo ſumus, & mundus totus in maligno poſitus eſt. Et ſcimus, quoniam filius Dei venit, & dedit nobis ſenſum, vt cognoſcamus verum eum, & ſi mus in vero filio eius. Hic eſt verus Deus, & vita æterna filioli cuſtodite vos à ſimulacris. Amen.

Digitized by Google

CONIVRATIO XXIV.

EXORCIZO te ✠ Dæmon, vt fugias per Beatos Apostolos, & in primis te coniuro ✠ vt fugias per SS. Petrum, & Paulum, qui ruere fecerunt Simonem magum, qui ferebatur per aerem à Dæmonibus; cui Petro Dominus

Digitized by Google

minus dedit claues Regni Cœlorum, & potestatem ligandi, & soluendi, qui claudum sedẽtem ad Speciosam portam, erexit, & fecit ambulare: & multos mortuos suscitauit, & infirmos curauit. Fugo vos per illũ discipulum, quem dilexit Iesus, qui in cœna supra pectus Iesu recubuit, cui Christus arcana reuelauit, & Virginem Mariam commendauit, mortuos suscitauit, & multa alia signa fecit. Fugo te per Beatum Marcum Euangelistam, qui suo spiritu sanauit vulneratã manum. Fugo te ò dux tenebrarũ, per Beatum Mathæum Apostolum, qui suscitauit Eufratem filium Reginæ Candacis, & conculcauit duos fortissimos Dracones, & duos magos conuicit scilicet Caroes, & Arphasath. Fugo te per Beatum Philippum Apostolum, qui expulit pessimum Draconem, qui interfecit filium Pontificis. Præcipio tibi per B. Bartholomæum Apostolum, qui euicit Dæmones Baldach & Astarot,

Miracula quædam Sanctorum Apostolorũ.

Digitized by Google

& Astarot, qui etiam filiam Regis Polimij à Dæmonibus liberauit. Coniuro te ✠ vt fugias per B. Iacobum Apostolum, qui leprosos mũdauit, cæcos illuminauit, mortuos suscitauit. Fugite per B. Thomam Apostolum, qui suscitauit Bad, & fratrem Randulphi Regis. Eijcio te deuorator gentium per B. Andræam Apostolum, qui crucifixus fuit pro amore Domini nostri Iesu Christi. Fugo te per omnes alios Sanctos Apostolos, & Euangelistas, qui multa signa, & miracula fecerunt ad honorem Dei, & ad confusionem totius Synagogæ Inferni, mando tibi, vt fugias ab hac creatura Dei N. omni mora postposita seruatis circumstantijs, & clausulis dictis supra, per omnes Sanctos Innocentes Martyres, ac flores Martyrum. Exi, exi seductor per Sanctum Stephanum plenum Spiritu Sancto. Fuge latro Infernalis per Sanctũ Laurentium, qui ait Deum meum colo,

& illi

& illi soli seruio. Discede per omnes S. Martyres, & per Sanctos Confessores, & per S. Augustinum, qui multos Hæreticos confutauit. Exi exi subuersor Euangelij, & erroris magister, per S. Vbaldum Episcopum, & Confessorem, qui est natus ex nobili genere Baldassinorum, in Ciuitate Eugubina, quæ est in Vmbria. Et à pueritia Deo deuotus (Patre defuncto, cui fuerat vnicus) apud Ecclesiam S. Secundi primas litteras didicit, & Clericus factus in ea; tam eam dilexit (quia erat patrimonium suum) vt de paupere ditem, & de seculari regularem fecerit, quia antea in ea viuebant præsbiteri seculares; qui postmodũ à Patruo nomine Vbaldo (cuius gratia & ipse Vbaldus vocatus fuerat) maiori Ecclesiæ traditus; summa sanctitatis perfectione florere cœpit. Exi, exi per Sanctum Vbaldum, qui ab amicis diuturno tempore agitatus, vt vxorem sumeret (quia pulcherrimus erat) omnino

Ex quæstirpe ortus sit D. Vbal.

Ecclesiam S. Secundi propè Ciuitatem Eugubij magnis dotibus locupletauit.

D. Vbaldus quare sit vocatus.

Digitized by Google

For mosus erat D. Vbaldus, & vxorem ducere noluit.

omnino recusauit; Christo potius militare decernens. Carnem quoq; diris,& assiduis ieiunijs macerabat: Deinde quasi inuitus sacerdotij gradum cõpulsus ascendere, omnia sibi à Patre relicta,egenis, & Ecclesijs dispensauit. Ecclesiam quoque Cathedralem, quæ prope muros Ciuitatis erat prius, cum quasi tota Ciuitas incendio conflagrasset,reparauit. De hinc in Cœnobium Canonicorum Regularium Lateranensium, in portũ apud Rauennam veniens, habitu Canonicorum ipsorum vestitus, tribus mensibus commoratus. deinde professus factus,Regulam,& ordinem Dei viuendi, non solum imbuit, sed in scriptis reportauit, & reuersus ad Ecclesiam suam,ferens Regulam Canonicorum. Monasterium iuxta ordinem Portuensis instituit, prædijsq; dotauit. & in ipso suo regressu,licet itinere defatigatus, nunquam ieiunium soluit. Cum autem in quodam nemore cum

Propria bona D.Vbal. egenis distribuit: & Cathedralẽ Ecclesiam Eugubij ex incendio destructam reparauit.

socio

Digitized by Google

socio dormitasset: exinde surgens codicem regulæ obliuione dimisit,& solicitus, pro libri ammissione, vel saltem deuastatione, propter imbrē maximum,qui ceciderat;redijt, librumq; reperit,vbi reliquerat,iuxta viam,nec raptum ab homine, nec à pluuia madefactum; & quia regula ipsa arctior videbatur: cum tribus tantum ex suis Clericis (alijs abeuntibus) in dicta Ecclesia Eugubina regulariter viuebat. Fuge, fuge ò subuersor Euangelij; quia duos fontes mirabiliter fluere S. Vbaldus fecit orans. Discede ò pater mendacij, per S. Vbaldum, & per eius bonitatem; quia cum esset in Ciuitate Fani, studendi causa, illac transiuit quædam Regina, ad quam videndam omnes currebant:ipse verò pallio coopertus lectionibus studebat quia nolebat videre vanitatem huius sæculi, alijsq; socijs ad id faciendum exemplum dabat. Interim mortuo Episcopo Perusino Vbaldus eligitur;

Mirabile signum sanctitatis D. Vbal.

Can. Reg. Lat. fuerūt Canonici in Chatedrali Eugubij.

D. Vbal. fugit huius sæculi vanitatem.

idem

Digitized by Google

idem etiam aliæ Ciuitates tentauerunt. sed ipse pedestri itinere Romam profectus, ab Honorio Papa multa instantia resignationem obtinuit, & antequam Romam proficisceretur se se in Eremo abscondidit, vt alius crearetur: tamen disponẽte Domino, mortuo Episcopo Eugubino, cum Eugubini inter se de electione Episcopi non essent vniti, miserunt Vbaldum ad Pontificem Romanũ, vt de nouo Præsule prouidere dignaretur, qui Dei monitu ipsum quamuis inuitum proprijs manibus Eugubinæ Ciuitatis Episcopum consacrauit. In quam reuersus, & communi totius populi lætitia receptus fuit. Satis longum esset quãta sanctitatis opinione vixerit recensere, quot miracula fecerit, quot iniurias, easq; pergraues æquo animo sustulerit, pauperes ope, atq; consilio subleuauerit, diuidentesque conciliauerit. Sæpe ieiunabat, pane, leguminibus, & aqua contentus, super paleas

D. Vbaldus Episcopus licet inuitus, fuit consecratus.

Digitized by Google

paleas dormiebat, cilicium portabat. Non est lingua, quæ dicere possit humilitatem suam, patientiam in aduersis, charitatem, pietatem, modestiam, mansuetudinem, & alias quasi infinitas suas virtutes; ferè perpetuo orabat, & obsecrabat. in morte, & in vita miracula multa, præclara, & diuersa fecit, & nunc facit in dies.

Maxima patientia D. Vbald. qui & iniurias non vindicauit.

A suis familiaribus iniurijs affectus patientissime tolerauit: nam à suo ianitore, aliquando excluſus, etiam semel ostio in fronte percussus nullam vindictam excogitauit, & dum quosdam ad instantiam ciuium iniuste excomunicare nollet, prohibiti sunt omnes clerici ministrare, adeo, vt etiam ad Missam celebrandam vnicum aliquando famulum habere non possit, & patienter tulit. Et præterea cum vellet prohibere Vbaldus fabros vrbis murum reparantes, & reædificantes

ne

Digitized by Google

ne infundentem facerent clocam in vineam Episcopi, quæ iuxta muros erat ab ijsdem in cœmentũ liquidum, cum iniuria demissus, in illamq; iactatus, ac sordidatus benigne pertulit, Fuge Dæmon, fuge excomunicate, fuge sacrilege per tantam patientiam Sancti Vbaldi, fuge dico confusus. Quandam quoq; eius affines iniuriam vlcisci volentes omnino prohibuit. Dum aliquando seditio dura esset in ciuitate; illuc, vt eam sedaret, festinauit: & simul, vt decertantes ciues nullo modo sedare se posse perpendit, ex industria inter enses, & lapides se in terram deiecit, nec inde surrexit, donec Ciues Episcopum ex vulnere mortuũ existimantes à seditione cessauerunt. Alia vice cum Ciuitas Eugubina, ab vndecim Ciuitatum, & Castrorum ciuibus inuicem contra eã conspicum tibi obsessa esset: Vir Sanctus supra murum ascendens, signum Crucis edidit, & hostes, nemine persequente

In quãdam foueam cæmento plenã eiectus; patiẽter tulit.

Intra enses certantium ciuium se proiecit. mortem non timens, vt eos concilia ret.

Digitized by Google

sequente fugauit, adeo, vt relictis omnibus solam vitam saluare contenti, ad proprias edes festinando redierint: Ciues quoq; Eugubini spolijs ditati sunt. Exiens eriam ad Federicum Imperatorem (qui, ostibdibus ab eadē vrbe susceptis, grauem pecuniarum summam expectabat) orationem præmisit, quæ adeo Christi virtute placuit Imperatori, vt obsides libero reddiderit, & Episcopum plurimum honorauerit. Multis etiam ægris contulit sanitatem: nam vnus ex suis Canonicis Regularibus à graui languore liberauit. Ecclesiam Sancti Benedicti consecrans, solo vestimentorum contactu curauit paraliticum, cęcis duobus visum restituit, multis alijs signis admodum effulsit, propter nimias afflictiones grauiter lāguebat, intantū, quod ex carne ipsius potissime ex vulcere pessimo, quod patiebatur, sanies intollerabilis affluebat; at propter hoc nūquā à Pōtificalibus exercendis

Solo signo Crucis hostes Ciuitatem obsidētes fugat.

Valde à Federico Imperatore honoratur.

Vestimentorum contactu paraliticum curat.

Digitized by Google

deſtitit. Die ſancto Paſchæ, iam duriſſima præſſus ægritudine, vt vix in lecto ſe poſſet erigere, per ſe ipsũ tamen ſine adiutore cõſurgens, vt Miſſam in Pontificalibus celebraret; & populo ſuo vltimum ſermonem vice teſtamẽti faceret; & ad vltimum poſtquam filios benedixerit ad lectũ redijt in domo S. Laurentij. Prædicens tempus exitus ſui, ſtatim ipſe portare fecit ad Epiſcopatum iuxta muros Ciuitatis, quia illis diebus erat in illo loco: Inde ingraueſcente lãguore, Eugubini cum luminibus accenſis ad Epiſcopatum concurrerunt; vt eſſent ad obitum ſui Paſtoris: qui sũptis Eccleſiaſticis Sacramentis, orans, & pſallens Domino ſpiritum reddidit, feria ſecunda Pentecoſtes. Cũ autem propter frequentiam ægrotorum ad pheretrũ venientium, & reportantiũ ſanitatem, & propter multorum deuotionem, ſepultura ipſius, vſq; ad quintã feriam protracta fuiſſet, corpus eius nulla corruptione macu-

Prædixit tempus ſui exitus.

Obiit feria ſecunda Pentecoſtes.

Corpus D. Vbaldi hic triennium inſepultum manẽs odorem ſuauiſſimum effla uit, ac ſanitatẽ ægris reddidit.

Digitized by Google

maculatum, sed suauissimo fragrans odore; cũ lætitia multorum, & gaudio spirituali. Ab Episcopo Perusino, & Calensi, & à Canonicis suis Regularibus, honore cõdebito, in Canonica (videlicet) sua iuxta muros Ciuitatis sepultũ fuit. Postea mirabiliter translatum in montem, vbi adhuc quiescit incorruptum, omnino infinitis, ac crebris miraculis clarum, & præcipue in fugandis Dæmonibus, vt videri potest in vita illius à nobis anno M.D.CVI. vulgari lingua descripta, vbi mentionem fecimus de miraculis ab ipso S. Vbaldo factis, & ibi distincta narrauimus eius gesta, & vitam. Fuge ò mons superbiæ: pedibus conculcaberis. Fuge per vitam, & miracula Sancti Vbaldi. Fuge ò sceleratissime Dæmon, per Sanctas Virgines, & Viduas, & per Sanctos Electos Dei. Coniuro te ✠ ò luxurioſe, per S. Agatam, quæ castitatem violare nolens; colaphis cæsa fuit, & in equuleo cruciata,

Episcopi interfuerunt ad sepeliẽdum.

Corpus D. Vbaldi adhuc remanet incorruptum.

Digitized by Google

quæ mamillarum abſciſſionem ſuſtinuit, & in oratione poſita dixit. Iube me Domine ad tuam miſericordiam peruenire, & migrauit in Cœlum. Flagello te iterum excomunicate, per omnes Sanctos non ſolum viros, ſed etiam mulieres, non tantum impuberes pueros, ſed etiam teneras virgines; quæ pro fide ſancta uon ferrea vincula, non obſcuros carceres, non dura flagella, non diuturna, ac longinqua exilia, non fames, non ignem, non laniatus ferarum: non feruentem oleum, non plumbum liquefactum, non ſartagines plenas feruentis picis, adipis, & ceræ, non taurorum inſultus, non foſſas, ſerpentum plenas, non dentium rabiem, non lapides, non præcipitia, non lacerationes, non demũ crudeliſſima ſupplicia timuerunt; ſed vſque ad mortem decertarunt. O maledicti inſenſati, audiſtis, quos habuiſtis in deciſum; ecce computati ſunt inter filios Dei, & inter Sanctos

Breuis diſcurſus.

ſors

Digitized by Google

ſor illorum eſt. Igitur fugite, per omnia eorum merita, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. O canis, eſto mãſuetus ad audiendum verbum Dei, & relinque, quod tuum non eſt. Fuge, fuge triſte teterrime Dæmon, per omnes Sanctos, & Sanctas Dei.

Exi, exi ſeductor peſſime, per duodecim Apoſtolos, & per merita Sancti Vbaldi ab hac creatura Dei N. quia Deum, qui te genuit dereliquiſti; exi ab anima, & corpore, & amplius non reuertaris, nec alium reuerti facias ad hanc ſeruam Dei N. & præcipio tibi ò peſſime dux tenebrarum, in virtute S. Vbaldi, & per omnes ſuas orationes; vt ita ſis ſeparatus, ne amplius poſſis appropinquare ei, vel moleſtare, vel lædere illam, dum ſteterit, ambulauerit, dormierit, vigilauerit, manducauerit, biberit, aut aliud quodcunq; opus fecerit, nec per aliquam facturam alicuius perſonæ

Digitized by Google

viuentis in terra factã, vel per quamcunq; aliam machinationem, à te faciendam, aut per alios Dęmones, quos in adiutorio tuo vocaueris, cõtra hanc famulam Dei N. ò ſuperbe Dęmon, illũ time, qui in Iſaac immolatus eſt ✠ in Ioſeph venundatus, in agno occiſus ✠ in homine Crucifixus ✠ deſcendit ad Inferos: & tertia die, capta præda tui imperij potenter reſurrexit. cede triumphatori, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Agnoſce maledicte Apoſtata ſententiam tuam terribilem; & timens tremenſq; abſcondere confuſus. Fuge generator viperarum, & vermis mendaciorum ab hac ſerua Dei N. abſq; læſione animæ, & corporis; vt exeas omnino, nec ſtare, nec deſtruere, nec latere, nec ſeruire in corpore huius creaturæ in ſpiritu, vel anima, aut in veſtimento præſumas nocere: ſed perfugias, & recedas, nullumq, veſtigij ſignum, aut dolorem in iſta creatura,

vel

Digitized by Google

vel intra, vel extra, vel in carne, vel in ossibus derelinquas, nec alium Diabolum vice tua ponas ; nec in corpore, vel extra, vexationem cuiuscunq; generis facias, tu, vel alius. Et hoc totum præcipio, per Sanctum Corpus Vbaldi Episcopi, & Confessoris, & per merita omnium Sanctorum, & Sanctarnm Dei. Fuge pessime spiritus, quicunq; es, aut vnus, aut plures, quodcunq; sit tibi nomen. Si plures sitis, vel vnus procul itaque, procul hinc estote profani spiritus: hinc discedite, sine læsione huius creaturæ Dei N. vel alterius, & ite ad locũ vobis à Deo paratũ: præcipio namq; vobis in nomine Dei viui, & in nomine S. Vbaldi. Quid itaque? quid hic moramini, Dei nomine audito? Numquid parum vobis est, molestos esse hominibus, quia molesti estis, & Deo meo : sed numquid ipsi resistere poteritis, & eius auctoritate mihi in hac parte commissæ? ipse est enim, qui eãdem auctoritatẽ docet, &

Digitized by Google

manus meas ad prelium, digitos meos ad bellum, & posuit, vt arcum æneum brachia mea : in eius nomine semper persequar vos inimicos meos. Confringam vos, nec poteritis stare, cadetis subtus pedes meos, colabo vos, tanquam cinerem, comminuam vos, vt puluerem ante faciem venti, vt lutum platearum delebo vos, vt sit vobis sempiternus interitus, & Deo honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Quousque tandem exibitis ? quid moramini ? quid temerariè cogitatis. Fugite, rebelles æternæ Maiestatis, date locum Deo, ò maledicti, per corpus S. Vbaldi, euntes ad loca arida in viam sterilem, & inhabitabilem, vbi nec aliqua creatura rationalis appareret, nec vestigia videntur.

Si hoc fit ex diuina dispensatione

Fugo vos nequissimos latrones, qui dispoliastis hominem descendentem ab Hierusalem in Hierico, vulnerastis, & in via semiuiuum reliquistis

per

Digitized by Google

per humilitatem, ſanctitatem, paupertatem voluntariam, & omnia merita S. Vbaldi. Hinc itaq; ſine mora diſcedite, cum clauſulis, & circũſtantijs ſupra dictis. quid moramini? Deum contemnitis, cuius vices in hoc (quamuis indigniſſime) gero, ſit veſtri expulſiuum debita veſtræ ſuperbiæ pœna; ſint vobis nouum infernum ſacramẽta ab hac Dei creatura ſuſcepta: ſit vobis viuorum, atq; mortuorum fidelium remiſſio omnium delictorum inflictio; omniũ gehennalium tormentorum nunc, & ſemper. Amen.

Audite aſpides tartarei quid dixerim, & ſum dicturus? pauidi fugite de templo Domini, quod ſanctum eſt.

Impero vobis fugam, cuiuſcunque generis ſitis, ſiue ignei, aerei, terrei, aquei, & ſubterranei; ſiue de maioribus, ſiue de minoribus; vt depoſita quacunq; fraude, omne genus maleficiorũ extinguatis, penitus diſſipetis, atque, ſique ſunt materialia maleficia com-

Quot ſunt Dæmoniorũ genera.

Digitized by Google

cõpletissime extrahatis per illud nobilissimũ esse, cuius extra ipsũ nihil est.

Nomina ignominiosa Dæmoñ.

Fugite Aspides tartarei, Reptilia mala, Baculi impiorum, Bestiæ agri, Mõtes superbię, Ianuę tenebrosę, Serpentes furentes, Aues mordentes, & Dracones insidiantes. Expello vos, adiuro vos, fugo vos, priuo vos corporè isto, & cito, vt exeatis, de hac creatura Dei N. per S. Vbaldum vestrum flagellum.

Cõmitto vobis, vt fugiatis ò angeli sectatores superbiæ, per omnia opera sancta, facta à Diuo Vbaldo, cũ omnibus maleficijs vestris, per vos paratis, aut ab alio, & per vos stabilitis; viresq; vestras annullo, ò miseri perpetuo cruciandi; vos relego in loca vobis à Deo parata. O Angeli Mali malorum consules: in vos consurgo ò Angeli auctores omniũ malorum vos fugo ò Angeli hospites malorum: fugite ò Angeli nigerrimi in nomine Iesu: ò Angeli luctus æterni discedite

in

Digitized by Google

in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Absoluo te ò creatura Dei N. ab istis spiritibus immũdis, vel ab hoc spiritu immũdo, si vnus sit; & omnia vincula, & ligamina, cuiuscũq; cõditionis sint, dissoluantur, & confringantur, per virtutem Domini nostri Iesu Christi. Time, ò canis maledicte, Iudicia Dei: & expaueſce irã omnipotentis Dei: perscrutare iniquitates tuas; in quantis deliquisti; & quomodo verũ bonũ neglexisti: esto obediens mandatis meis factis in nomine Iesu, & Sanctorum. O maledicte Dæmon, absorbeat te terra, cõsumat te ignis, corripiaris à Dæmonibus, & puniaris pœna grauiori ab eis, ò ingrate, quia nõ fuisti de electis, & confirmatis inter Angelos, sed de dãnatis, veluti Iudas inter Apostolos, ò superbe, vt magnificus videaris apud mulierculas, & Negromantes satagis vestiri duplicibus, & ornari preciosis; sed putrescis in stercore igneo, & sulphureo. Fuge ò bestia putrida.

Digitized by Google

Digitized by Google

Passio Domini Nostri Iesu Christi Secundum Matthęum.

Passio D.N. I.C secundum Matthæum.

IN illo tempore dixit Iesus Discipulis suis, scitis quia post biduum Pascha fiet: & filius hominis tradetur, vt crucifigatur. Tunc congregati sunt Principes Sacerdotum, & seniores populi in antrium Principis Sacerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consilium fecerunt, vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. Dicebant autem. Non in die festo, ne forte tumultus fieret in populo. Cum autem esset Iesus in Bethania, in domo Simonis leprosi, accessit ad eum mulier, habens alabastrum vnguenti pręcioſi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem Discipuli indignati sunt dicētes. Vt quid perditio hæc? Potuit enim vnguentum istud

Digitized by Google

istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autē Iesus, ait illis. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonū operata est in me. Nam semper pauperes habebitis vobiscū: me autē non semper habebitis. Mittens enim hæc vnguentū hoc in corpus meū, ad sepeliendū me fecit. Amē dico vobis. vbicūq; prędicatū fuerit hoc Euangelium in toto mundo, dicetur, & quod hæc fecit in memoriā eius. Tunc abit vnus de duodecim, qui dicitur Iudas Iscariotes ad Principes Sacerdotū, & ait illis: quid vultis mihi dare: & ego eū vobis tradā? at illi constituerunt ei triginta argenteos. Et ex inde quærebat oportunitatem, vt eum traderet. Prima aut die Azimorum, accesserunt discipuli ad Iesum dicētes. vbi vis paremus tibi comedere pascha? at Iesus dixit: Ite in Ciuitatem ad quendā, & dicite ei. Magister dicit, Tempus meū prope est: apud te facio pascha, cū discipulis meis; & fecerūt discipuli sicut con-

constituit illis Iesus,& parauerunt pascha. Vespere autem facto discũbebat cũ duodecim discipulis suis. Et edẽtibus illis,dixit. Amen dico vobis,quia vnus vestrũ me traditurus est. Et contristati valde,cęperunt singuli dicere: Numquid ego sum Domine? at ille respõdens ait. Qui intingit mecũ manũ in Propside,hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo. Væ autẽ homini illi,per quem filius hominis tradetur. Bono erat ei si natus non fuisset homo ille. Respondens autem Iudas, qui tradidit eũ dixit. Numquid ego sum Rabbi? Ait illi. Tu dixisti. Cęnantibus autem eis,accepit Iesus panem,&benedixit,ac fregit,deditq; discipulis suis,& ait. Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit, & dedit illis dicens. Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sãguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur,in remissionem peccatorum.

Dico

Digitized by Google

Dico autem vobis: non bibam amodo de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cum illud bibam vobiscum nouum in regno Patris mei. & Hymno dicto exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus. Omnes vos scándalum patiemini in me, in ista nocte: scriptum est enim: Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam nos in Galilæam. Respondens autem Petrus ait illi. Et si omnes scándalizati fuerint in te; ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte, antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus: etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter, & omnes Discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam, quæ dicitur Gethsemani, & dixit Discipulis suis. Sedete hic, donec vadam illuc, & assumpto Petro, & duobus filijs Zebedæi; cœpit cótristari, & mœstus esse.

Tunc

Tunc ait illis Iesus: tristis est anima mea vsq; ad mortem. Sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, procidit in faciem suã orans, & dicens. Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes. Et dicit Petro: Sic, non potuistis vna hora vigilare mecum? vigilate, & orate: vt non intretis in tentationem. Spiritus quidem promptus est; caro autem infirma. Iterum secundo abijt, & orauit dicens: Pater mi, si non potest hic calix transire, nisi bibam illum: fiat voluntas tua: & venit iterum, & inuenit eos dormientes. Erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis iterum abijt, & orauit tertio eũdem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis. dormite iam, & requiescite. Ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorũ. Surgite

Digitized by Google

eamus ecce appropinquauit, qui me tradet. Adhuc eo loquente ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa, cum gladijs, & fustibus, missi à Principibus sacerdotum, & senioribus populi. Qui autem tradidit eum, dedit illis signum dicens: quemcunque osculatus fuero, ipse est tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit: Aue Rabbi, & osculatus est eum. Dixitq; illi Iesus: amice ad quid venisti? tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his, qui erāt cum Iesu, extendens manum exemit gladium suum: & percutiens seruum Principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus: conuerte gladium tuum in locum suum: omnes enim, qui acceperint gladium, gladio perhibunt. An putas? quia nō possum rogare patrem meū, & exibebit mihi modo plusquā duodecim legiones Angelorum? quo-

modo

Digitized by Google

modo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? in illa hora dixit Iesus turbis: Tanquam ad latronem existis, cum gladijs, & fustibus comprehendere me? quotidie apud vos sedebam docens in templo, & non me tenuistis. hoc aut totum factum est, vt adimplerentur scripturæ Prophetarum. Tunc Discipuli omnes, relicto eo fugerunt; at illi tenentes Iesum duxerunt ad Caipham Principem sacerdotum, vbi scribæ, & seniores conuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longe, vsque in atrium Principis sacerdotum; & ingressus intro sedebat cum ministris, at videret finem. Principes autem sacerdotum, & omne concilium quærebant falsũ testimoniũ contra Iesum, vt eum morti traderent, & non inuenerunt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissime venerunt duo falsi testes, & dixerunt: Hic dixit. Possum destruere templũ Dei, & post triduum

reædificare illud; & surgens Princeps sacerdotum, ait illi. nihil respondes ad ea, quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat: & Princeps sacerdotum ait illi. Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis, si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus: Tu dixisti. Veruntamen dico vobis: amodo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus Cœli; tunc Princeps sacerdotũ scidit vestimenta sua, dicens: Blasphemauit, quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam; quid vobis videtur? at illi respondentes dixerunt: Reus est mortis: Tunc expuerunt in faciem eius, & Colaphis eum ceciderunt. Alij autem palmas in faciem eius dederunt dicentes: Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit? Petrus autem sedebat foris in atrio, & accessit ad eum vna ancilla: dicens, & Tu cum Iesu Galilæo eras, at ille negauit

negauit coram omnibus dicens, nescio quid dicis. Exeunte autem illo Ianuam, vidit eum alia ancilla, & ait his, qui erant ibi, & hic erat cum Iesu Nazareno; & iterum negauit cum iuramento; quia non noui hominem; & post pusillum accesserunt, qui stabant, & dixerunt Petro vere ea ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit, Tunc cœpit detestari, & iurare, quia non nouisset hominem, & continuo gallus cantauit, & recordatus est Petrus verbi Iesu, quod dixerat, priusquam Gallus cantet ter me negabis. & egressus foras fleuit amare, mane autem facto consilium inierunt omnes Principes sacerdotum, & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent; & vinctum adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato Præside. Tunc videns Iudas, qui tradidit eum, quod damnatus esset pœnitentia ductus retulit triginta argenteos Principibus sacerdotum, &

Digitized by Google

ſenioribus dicens : Peccaui tradens ſanguinem iuſtum : at illi dixerunt , quid ad nos ? tu videris : & proiectis argenteis in templo receſſit , & abiens laqueo ſe ſuſpendit . Principes autem ſacerdotum acceptis argenteis dixerunt . non licet eos mittere in corbonam , quia pretium ſanguinis eſt . Conſilio autem inito , emerunt ex illis agrũ figuli in ſepulturam peregrinorum , propter hoc vocatus eſt ager ille Haceldama , hoc eſt ager ſanguinis , vſq; in hodiernum diem . Tunc impletum eſt , quod dictum eſt per Hieremiam Prophetam , dicentem , Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati , quem appretiauerunt à filijs Iſrael , & dederunt eos in agrum figuli , ſicut conſtituit mihi Dominus . Ieſus autem ſtetit ante Præſidem ; & interrogauit eum Præſes dicens : Tu es Rex Iudæorum ? dicit ei Ieſus . Tu dicis : & cum accuſaretur à Principibus Sacerdotum

Digitized by Google

dotum, & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? & non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur Præses vehementer. per diem autem solemnem consueuerat Præses dimittere populo vnum vinctum, quem voluissent: habebat autem vnum vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. congregatis ergo illis dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis, Barabbam, an Iesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim, quod per inuidiam tradidissent eum. sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius dicens: nihil tibi, & iusto illi. Multa enim passa sum per visum hodie propter eum. Princeps autem sacerdotum, & seniores persuaserunt Populis, vt peterent Barabbam; Iesum vero perderent. Respondens autem Præses ait illis. quem vultis vobis de duobus dimitti? at illi dixerunt: Barabbam.

Digitized by Google

Dicit illi Pilatus. Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? dicunt omnes: Crucifigatur. Ait illis præses: quid enim mali fecit? at illi magis clamabant dicentes: Crucifigatur. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus coram populo, dicens: innocens ego sum à sanguine iusti huius, vos videritis. Et respondens vniuersus Populus dixit: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabam. Iesus autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorio, cõgregauerunt ad eum vniuersam cohortem. Et exuentes eum chlamydem coccineam circundederunt ei. Et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genu flexo ante eum illudebãt ei dicentes: Aue Rex Iudeorum. & Expuentes in

eum

Digitized by Google

eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, & induerũt eum vestimentis eius, & duxerunt eum, vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyrenæum nomine Simonem. Hanc angariauerunt, vt tollerent crucem eius. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha: quod est caluariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere, cum felle mixtum, & cum gustasset noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius, sortem mittentes. vt adimplaretur, quod dictum est per Prophętam dicentem diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. & sedentes seruabant eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius scriptam. Hic est Iesus Rex Iudeorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones, vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes

Digitized by Google

euntes autem blasphemabant eũ, mouentes capita sua: & dicentes. Vah qui destruis templum Dei, & in triduo reædificas illud. Salua temetipsum. Si filius Dei es? descende de Cruce. Similiter, & Principes sacerdotum illudentes, cum scribis, & senioribus dicebant. Alios saluos fecit, se ipsum non potest saluum facere. Si rex Israel est, descendat nũc de Cruce, & credimus ei. Confidit in Deo: liberet eum nunc si vult: Dixit enim. Quia filius Dei sum. Idipsum autem, & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsq; ad horam nonam. & circa horam nonam clamauit Iesus voce magna dicens. Eli eli lama sabacthani? hoc est Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autem illic stantes, & audientes dicebant. Eliam vocat iste: & cõtinuo currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit
Digitized by Google

impleuit aceto, & imposuit arundini, & dabant ei bibere. Cęteri vero dicebant: sine videamus, an veniat Elias liberans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.

Et ecce velum templi scissum est in duas partes, à summo vsque deorsum. Et terra mota est, & petræ scissæ sunt: & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt. Et exeuntes de monumētis, post resurrectionem eius venerunt in sanctā Ciuitatem: & apparuerūt multis. Centurio autē, & qui cum eo erant, custodientes Iesum, viso terræ motu: & his, quę fiebant timuerunt valde dicentes: Vere filius Dei erat iste. Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutę erant Iesum à Galilæa ministrantes ei. inter quas erat Maria Magdalenæ, & Maria Iacobi, & Ioseph Mater, & Mater filiorum Zebedæi. Cum sero autem factum esset; venit quidam homo dives ab Arimathia nomine

Digitized by Google

nomine Ioseph: qui & ipse discipulus erat Iesu. Hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nouo, quod exciderat in Petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumenti, & abijt. Erant autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria sedentes contra sepulcrum.

Altera autem die, quæ est post parasceue, conuenerunt Principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatum, dicentes: Domine recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulcrum, vsq; in diem tertium: ne forte veniant discipuli eius, & furentur eum, & dicant plebi surrexit à mortuis. Et erit nouissimus error peior priore. Ait illis Pilatus: habetis custodiam. Ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt

sepul-

Digitized by Google

sepulchrum signantes lapidem, cum custodibus.

Hic Exorcista ostendat Crucem Dæmonio dicens.

Exorcista ostendat Crucem Diabolo dicens.

O inimice Crucis Christi fuge, ecce ✠ lignum vitæ in medio Paradisi plantatum. Ecce lignum triumphale, in quo Redemptor noster mortis vincula rumpens, te calidum aspidem superauit. Ecce vexillum redemptionis nostræ ✠ Ecce signum ✠ æternæ maledictionis, & confusionis tuæ. Ecce amicis Dei præsidium, & inimicis obstaculum. Fugite, fugite, fugite per hoc signum Sanctæ Crucis, quia scriptum est in hoc signo ✠ vinces. Ecce mortis remedium ✠ quod destruxit vincula criminum. Ecce ✠ lignum ad cuius contactum resurgunt mortui, & Dei magnalia referantur. Ecce ✠ Crux de Diabolo victoria.

Ecce

Digitized by Google

Ecce ✠ fundamentum Ecclesiæ: nam humiliauit semetipsum Dominus Iesus factus obediens, vsque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen; vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestinm, terrestrium, & Inferorum, & omnis lingua confiteatur, quod Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Coniuro te ✠ per Crucem, vt fugias, vt supra dixi; quę ducit nos ad viam rectissimā, ad viam veram, beatā, & increatam. Fugo vos per Crucem, quæ nos docet veritatem dicens, si vis ad vitam ingredi serua mandata: si vis exaltari cū Christo, porta Crucem cum illo: & quis libenter de manu Domini portabit, vsque ad mortem; perget cum eo Christus, & erit semper secum Iesus. Eijcio te per Crucem, quæ est signum in vestibus sacerdotalibus ante, & retro posita: ante, vt Christi vestigia libenter

In vestibus sacerdotalibus Crux ante, & retro posita. quid significet.

Digitized by Google

libenter Sacerdos inſpiciat, & ſequi frequenter ſtudeat poſt ſe. Cruce ſignatus eſt, vt aduerſa quælibet illata ab alijs, æquanimiter pro Deo tolleret: ante Crucem gerit, vt propria peccata lugeat: poſt ſe, vt aliorum etiam cõmiſſa, per compaſſionem defleat, & ſe medium inter Deum, & peccatorem conſtitutũ eſſe ſciat; vt miſericordiã, & gratiam impetrare mereatur. Vbaldus ſic fecit, quia illata aduerſa ſubſtulit libenter; cum à ſuo Ianitore aliquando excluſus; etiam ſemel oſtio in fronte percuſſus, nullam vindictam excogitauerit; etiam in cemento liquido iactatus, ſuſtulit pro amore Dei: & dum quoſdam ad inſtantiam ciuium excomunicare nollet, prohibiti ſunt omnes clerici ſibi miniſtrare: adeo vt etiam ad miſſam celebrandam vnicum aliquando ſeruitorem habere non poſſet, & patienter tulit. Ab homine quodam in ſancto fronte percuſſus, patienter tulit.

ſæpiſſimè

sæpissimè lacrymas mittebat pro peccatis aliorum. Vde bene Vbaldus habuit Crucem ante, & post se: Antea quia sua peccata duxit; post quia aliorum peccata fleuit. Certe fuit Vbaldus medium inter Deum, & peccatores. Fuge, fuge per Vbaldum iustum, pium, & Sanctum habentem timorem Dei.

Adiuro te ✠ per Crucem, vt fugias, quia Dæmones humiliantur, deuincuntur, & debellantur; nam vbi hoc signum ✠ Sanctæ Crucis cum fide, & Dei timore præcesserit, ibi inimicus nihil nocere poterit, quia in Cruce salus, in Cruce vita, in Cruce protectio ab hostibus, in Cruce infusio supernæ veritatis, in Cruce robor mentis, in Cruce gaudium spiritus, in Cruce virtus summa, & in Cruce perfectio suauitatis consistit. Humiliare ergo maledicte sub signo ✠ Sanctæ Crucis, & fuge ab hac creatura sanguine Iesu Christi redempta.

Hic

Hic fit adoratio Crucis.

O Crux pretiosa, ò admirabile signum, per quod Diabolus est victus: & mundus Christi sanguine redemptus. Adoramus te Christe; quia per S. Crucem redemisti mundum. O felix culpa, quæ talem, ac tatum meruit habere Redemptorem. O Crux gloriosa, ò Crux adoranda, ò Crux Domini Nostri Iesu Christi, nos in te gloriari oportet: in te enim pependit Christus: adoramus te, ò Crux sancta, & pretiosa: & recolimus gloriosam Passionem Domini Nostri Iesu Christi, per quem saluati, & liberati sumus. Fuge maledicte Dæmon per Crucem Domini Nostri Iesu Christi. O Crux victrix, admirabile signum, Dæmone prostrato, fac nos captare triumphum. O Christe, adoramus te, & benedicimus tibi: & sicut per Crucem sanctam, & sanguinem redemisti

Digitized by Google

mundum, sic hanc creaturam tuam N. Dæmonis viribus confractis, liberare digneris. Amen.

Quando obsessus se cõmunicat melius habet.

Laudo, quod Sacerdos comunicet, & confiteri faciat creaturam obsessam quotidie, si fieri potest: quia quando creatura obsessa se communicat, tollet vires Dæmoni, & ipsa obsessa bene habet, & circa hoc expertus sum miranda. Ideo do hoc consilium pro bono obsessi, & ad confusionem Diabolorum.

Hic

Hic Sacerdos poterit interrogare Diabolum de ijs, vt supra dixi. Sed debet esse Sacerdos cautus in credendo Diabolo, quia sæpe iurat dicere verum Sacerdoti, & tamen falsum asserit, & aliquando iurat obseruare illa, quæ Sacerdos ei præceperit, & tamen non semper obseruat. Ideo Sacerdos sit cautus in credendo, & hoc experiẽtia docet quotidie. Dæmones sunt mendaces, & patres mendacij, & sũt falsarij, & periurij.

Sacerdos non facile credere debet Diabolo.

Digitized by Google

CONIVRATIO XXV.

PRæceptum faciendũ Dæmonibus, qui impediunt matrimonium; & faciunt aliquod aliud impe-

Digitized by Google

impedimentum, per fa-
cturas: mutatis tamen
mutandis.

Præceptum faciendum Dæmonibus qui impediunt matrimonium.

In nomine Sanctissimæ Trinitatis, Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, & in nomine S. Mariæ Virginis, & S. Vbaldi Episcopi. Coniuro ✠ vos ò Angeli tartarei, tam absentes, quam præsentes, qui fertis malum contra hanc creaturam Dei N. & fabricastis maleficiũ procuratum à malefico, vel malefica, vel ab aliquo spiritu; vt statim destruatis, & impedimentum in matrimonio ad nihilum redigatis; vt libere, & sine difficultate matrimonio vti possit ad honorem Dei, qui illum instituit: & ita erunt duo in carne vna. Omne impedimentum, & ligamen in nomine Iesu, & in nomine S. Vbaldi, & omnium Sanctorum, Ego Carolus minister Christi destruo, & anihilo: ita, vt si factum

Digitized by Google

non esset, & etiam vos, ò creaturæ, & bestiæ Infernales fugo, & eijcio, per Sanctum Vbaldum, qui à Deo habet potestatem super vos, & super omnia vestra maleficia. Fugite maledicti, cum armis, & auxiliarijs vestris. Absoluo Ego Carolus Sacerdos, auctoritate, qua fungor Iesu Christi hãc creaturam Dei ab omni ligamento, & maleficio in matrimonio, & ab omni effectu, & ab omnibus Dæmonibus in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Sequentia S. Euangelij secundum Ioannem.

Cap. 2. IN illo tempore: Nuptiæ factę sunt in Cana Galileæ, & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & Discipuli eius ad nuptias. Et deficient vino, dicit mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus.

Quid

Digitized by Google

Quid mihi,& tibi est,mulier? Nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris. Quodcumque dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ, secundum purificationem iudeorum,capientes singulæ metretas binas, vel ternas. Dicit eis Iesus. Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsque ad summum. Et dicit eis Iesus. Haurite nunc, & ferte architiclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit architiclinus aquam vinum factam, & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam: vocat sponsum architiclinus, & dicit ei. Omnis homo, primùm, bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerunt, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsq;adhuc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Cana Galileæ, & manifestauit gloriam suam. Et crediderunt in eum discipuli eius.

℟. Laus tibi Christe.

Digitized by Google

Expelle Domine per virtutẽ tuam ab hac creatura omne impedimentũ in matrimonio: Tolle Domine impetum Sathanæ: tolle potestatem Dæmonis, & maleficiorum eius: O Domine redde sanitatem huic creaturæ ad procreandam prolem. Coniuro ✠ vos spiritus inuidos, in quocunq; loco estis; vt audiatis verba mea, & fugiatis. Et præcipio per S. Corpus Vbaldi; vt amplius non impediatis matrimonium huic creaturæ; sed ad nihilum redigatis impedimentum, & ligamen, vbicunque illud sit positum; quia ego, in nomine Iesu illum annihilo, & semper destruo: & etiam per Sanctum Vbaldum, & per suam virginitatem, vt amplius non possitis causare, & reædificare illud, nec per vos, nec per alios spiritus, vel maleficos; vel maleficas: & hanc creaturam ei benedico, & sanctifico, vt Diabolus in ea non habeat potestatem. Iterum Ego Carolus Sacerdos Dei absoluo

hanc

Digitized by Google

hanc creaturam Dei N. ab omni ligamento, & impedimento matrimonij, & ab omnibus dæmonibus, vt libere, & sine difficultate, & nocumento vtl possit matrimonio, quæ impedimenta destruo, & anihilo. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen. Iterum coniuro vos ✠ Dæmones, siue sitis terrestres, ignei, aerij, siue aquei, & omnes spiritus cuiuscunq; ordinis, per S. Vbaldum; vt destruatis omne impedimentum, & ligamen matrimonij: vt etiam fugiatis realiter, & effectualiter: vt hæc creatura sit pœnitus libera, eo modo, & ijs conditionibus dictis supra. Fugite maledicti, cum maleficijs vestris, ò omnes operantes iniquitatem. Adiuro vos ✠ per virtutem Dei, qui ex nihilo vos creauit, vt fugiatis ab hac creatura Dei, & amoueatis omne maleficium, & ligamen. & præcipio in nomine Iesu; ne habeatis potestatem seruandi aliquod maleficium,

quouis

quouis modo, & factum à malefico, vel malefica, & fabricatum: Vobis strictissime ò Dęmones, in virtute Iesu Christi præcipio etiam per S. Vbaldum; vt (non obstante quocunq; pacto tacito, vel expresso) omne ligamen maleficum, & impedimentum matrimonij destruatis, & ad nihilum redigatis: quod si non feceritis, intendo dare vobis omnes pœnas, quas possum in nomine Christi. Fugite, fugite maledicti, cum armis vestris; quia vos destruo, vos confundo, & ligo omnem vestram potentiam; ne possitis nocere huic creaturæ Dei N. in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Psalmus 127.

BEATI omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in vijs eius. Labores manuum tuarum, quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor

Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. Filij tui sicut nouellæ oliuarū: in circuitu mensæ tuæ. Ecce sic benedicetur homo: qui timet Dominum. Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ierusalē omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

℣. Iterum, atq; iterum coniuro vos ✠ Dæmones, qui fertis malum contra hanc creaturam Dei, per Beatam Virginem Mariam, & per omnes Sanctas Virgines; vt fugiatis, & amota omni obstinatione vestra, ad nihilum redigatis nunc omne ligamen, & maleficium in matrimonio, & omne opus nefarium, à quocunq; Dæmone, malefico, vel malefica factum, in quocunq; loco sit positum, & à quouis Dæmone custodiatur, non obstantibus ligaminibus, quibus hæc creatura Dei ab actu matrimonij impediatur. Quæ omnia per virtutem Sanctissimæ Passionis Domini Nostri Iesu Christi: & per

Digitized by Google

& per omnia alia, quibus ligari, & cruciari, & ad varias pœnas, & tormenta infernalia mitti poteſtis, vos conſtringo, & cogo, vt ſine vlla conditione, hæc omnia adimpleatis. Obedite, ò Dæmones, miniſtro Chriſti; quia obedire tenemini. Ecce ✠ Crux Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Fugite in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Quando Sacerdos terminat coniurationem, dicat.

Quando Sacerdos terminat coniurationem dicat hoc præceptum.

Præceptum faciẽdum Dæmonibus, qui egreſſi ſunt à corpore obſeſſo.

Præcipio vobis omnibus ſpiritibus immundis, qui vexabatis hanc creaturam Dei, & qui egreſſi eſtis ex hoc corpore humano: & ſtrictiſſime impero

pero vobis in nomine Beatæ Mariæ Virginis, in nomine Sancti Michaelis Archangeli, in nomine Aduocatorum Sanctorum nostrorum Vbaldi Episcopi, Caroli, Vrsulæ, & aliorum, & in nomine totius Curiæ Cœlestis, vt non habeatis auctoritatem, nec potestatem, nec virtutem reingredi in hanc creaturam Dei, nec vos, nec alij vice vestra: nec possitis circa stare, nec facere apparitionem, nec illusionem realem, vel phantasticam, nec terrorem: nec possitis illam offendere, neq; lædere, siue in corpore, siue extra: nec turbare sensus eius, ac mẽtem: nec possitis facere aliquam vexationem, vel nocumentum cuiuscunque generis sit, nec in corpore, nec extra, nec per vos, nec per alios summissos spiritus: sed constricti sitis supra dicto præcepto, nunc vsque ad diem iudicij ire ad sedes Infernales, vel ad loca deputata vobis à Deo, sine aliquo nocumento, vbi nullam creaturam,

Digitized by Google

turam, tam rationalem, quam irrationalem lædere possitis. Ecce Crux Domini Nostri Iesu Christi. Fugite præcipites partes aduersæ; quia vicit Leo de tribu Iuda. Radix Iessæ. Alleluia.

Sancte Michael Archangele, & Sancte Vbalde in manus vestras commendo hanc creaturam Dei, defendite eam in prælio; vt omnes spiritus maligni nō possint amplius reingredi in eam, nec ei nocere, in quocunque loco fuerit hæc serua Dei N. Visita quæsumus Domine habitationem, & creaturam istam, & omnes insidias inimici ab ea longe repelle, & Angeli tui Sancti Michael, & Raphael habitent in ea, qui illam in pace, & à spiritibus immundis custodiāt, & benedictio + tua sit super nos semper. Amē. O creatura Dei sanctificet te Deus signaculo Sanctæ + Crucis, & recedant à te inimici tui. Et Ego Carolus Sacerdos Dei te benedico, & sanctificō

in

in nomine Iesu Christi. Benedictio Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti sit super te semper: & inimici tui fugiant à te pauidi. Benedictio B. Virginis sit supra te, ante te, intra te, circa te, & post te. Benedictio S. Vbaldi sit super te. Benedictio omnium Sanctorum sit super te semper. Amen. Pax, & Benedictio Dei ✠ Omnipotentis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super te, & maneat semper. amen. Gratias tibi agimus Domine pro vniuersis beneficijs tuis. Gratias tibi agimus ò Beatissima Virgo Maria. Gratias agimus tibi ò S. Pater Vbalde. Gratias agimus vobis omnes Sancti pro vniuersis beneficijs vestris. Amē.

Præceptum faciendum Dæmonibus, qui sunt in corpore. Quando Exorcista terminat coniuratio-

Præceptum faciendum Dæmonibus qui sunt in corpore, quando Sacerdos terminat coniurationē.

Digitized by Google

rationem præcipit Dæmonibus, qui sunt in corpore, vt recedant, & discedant in vnguis sumitatem mortiferam digiti parui pedis siniſtri, & dicat.

Præcipio vobis ſpiritibus immundis, qui eſtis in hoc corpore; vt noliteis gloriari in malitia, & obſtinatione veſtra; quia Deus hoc permiſſit ad augumentum gratiæ huius creaturæ, & ad pœnam, & ad confuſionem veſtram. Igitur Ego Carolus Sacerdos Dei vos coniuro ✠ & ſtrictiſſime præcipio. In nomine Ieſu, in nomine Beatæ Mariæ Virginis, & in nomine, & ex parte S. Vbaldi Epiſcopi, vt ſine offenſa, & nocumento huius creaturę diſcedatis præcipites omnes, qui eſtis in hoc corpore humano, in ſumitate

vnguis

vngvis mortiferæ digitis parui pedis sinistri, & non ascendatis sine mea licentia, vel alterius exorcistæ legitime contra vos conflictum volentis, & non aliter : alias partes huius corporis, vobis interdico; & in nomine Iesu præcipio ; vt liberas relinquatis eas, sine læsione, & sine minima molestia, & mentis, & corporis. Item supradicto præcepto præcipio vobis, vt non extendatis vos in aliqua parte huius corporis, nec faciatis huic creaturæ aliquam illusionem realem, vel phantasticam: nec humores, vel phantasma possitis commouere, nec indisiccationes ducere, nec aliquid aliud nocumentũ facere, nec vexationem cuiuscunque generis illa sit, vel per vos, vel per alios, vel in corpore, vel circa : & sinite hanc creaturam orare, comedere, bibere, dormire, quiescere, & omnia naturalia facere libere sine minimo nocumẽto, nec possitis turbare sensus eius, vel cibũ, nec possitis introducere

Digitized by Google

in hoc corpus nocumentum, vel dolorem: nec arripere succursum à Dæmonibus, nec introducere ea in corpus, nec vos ostendatis ei, nec loquamini. Et auctoritate Domini Nostri Iesu Christi. Ligo vos intensiue, & extensiue in loco assignato, cum conditionibus, & clausulis debitis; ne noceatis huic creaturæ, nec terrorem faciatis ei. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Sancte Michael Angele, & Sancte Pater Vbalde in manus vestras.

Dic vt supra.

Si non fuerit liberata creatura obsessa repetet vt supra.

Digitized by Google

Exorcismus contra grandines.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Oremus.

O Domine Iesu Christe, exaudi me, quia à te peto auxilium contra grandines, & fulgur, & hoc tempus malum: Dixisti petite, & accipietis; quærite, & inuenietis; pulsate, & aperietur vobis: nunc peto, & quæro; exaudi me in hac hora per tuam sanctam misericordiam, & per merita D. Vbaldi. Amen. *Exorcismus cõtra grandines.*

Coniuro vos ✠ grandines, nubes, & fulgur, per Deum creatorem Cœli, & terræ, & per merita S. Vbaldi, & omnium Sanctorum, & vobis præcipio ò nubes, aer, venti, fulgur, & tempestates, vt in signo huius ✠ Sanctæ

Digitized by Google

Crucis, quam contra vos facio indiuise repetere cedatis à nobis, & ab hoc sine alicuius hominis, siue loci, siue nauis, siue terræ damno, & deleamini: per aerē. amen. S. Maria Virgo, S. Michael, S. S. quatuor Euangelistæ, S. Vbaldus proprijs meritis, ac precibus hanc tempestatem obtineant ab omnibus partibus Christianorum, effugari, & depelli à Domino Iesu Christo. Ego Carolus Sacerdos Dei coniuro ✠ vos Dæmones, & præcipio in nomine Iesu, & S. Vbaldi, vt fugiatis, qui concitatis has nebulas, fulgura, & grandines, per hoc signū S. Crucis ✠ quam cōtra vos facio: eas dispergatis in loca siluestria, quatenus non possint nocere homini, iumento, vel volucri, vel fructibus, vel quibuscunq; rebus humano vsui deputatis, per eundē Dominum Nostrum Iesum Christum. Ecce signū ✠ Sanctissimæ Crucis, fugite partes aduersæ; vicit enim vos, & mundum Dominus noster Iesus Christus

Digitized by Google

ſtus filius Dei, qui eſt Leo de tribu Iuda, Radix Dauid. Exorcizo vos ✠ nubes, coniuro, & præcipio vobis, per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, & per eum, cuius gloria ſæpe apparuit in nubibus: per eum, qui in vos poſuit arcum fœderis ſui, & de vobis exiuit multoties vox eius, dicens: hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui ipſum audite.

Ergo per eum, qui hæc, & alia mirabilia valde operatus eſt in nobis, Præcipio, & coniuro, vt nequaquã fulgur, & tempeſtates ad nocumentũ noſtrũ paratas retineatis, ſed in vnitate Sanctę ✠ Crucis, quam contra vos facio repente à nobis, & à tota regione Chriſtianorum auferatis, ſine vlla læſione, & præcipitate illas in ſaxoſos montes, in cauernas, & loca arida, & deſerta, & in abiſſus, in quibus nõ aratur, nec ſeminatur, nec quicquam colligitur, nec nomen Ieſu Chriſti nominatur, vt Dęmones rabies maledictas,

Digitized by Google

ibidem ſpumantes, eos incendant fulgura de Cęlo. Immo præcipio vobis Dæmonibus, qui fertis hoc malum, vt fugiatis, & relinquatis nobis imbrem, & aquam mellifluam, benedictam, & ſanctam, ad irrigandos agros, & nemora, & viridaria, & vineas, & ſiluas, & prata, & oliueta, vt habeant pauperes panem, vinum, oleum, omniumque generum fructus in abundantia, & laturitate. Benedicat vos nubes, aer, fulgur, & venti Deus Pater. Benedicat vos Filius. Benedicat vos Spiritus Sanctus. Circundet vos Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Ante vos ſit Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Poſt vos ſit Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Sanctificet vos Pater, Filius, & Spiritus Sanctus. Ecce ✠ Crux Domini Noſtri Ieſu Chriſti: fugite partes aduerſę, quia vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid.

Exorcizo te ✠ aer, coniuro ✠ per eum, per quem purificatus extiriſti,

dum

Digitized by Google

dum in formam columbæ super Iesum Christum descenderet: & dū ipse mox Iesus Christus in aera super lignum Crucis leuaretur. Ergo, per eū qui &c.

Hæc, vt supra repete.

O Angeli maledicti, qui habitatis in hoc aere caliginoso, & mouetis tonitrua, grandines, niues, fulgura, pruinā, & diuersas tempestates, ventos, & nubes in nomine Sanctissimæ Trinitatis Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, & in nomine Beatæ Mariæ Virginis, & in nomine S. Vbaldi Episcopi vos ✠ coniuro, & fugo, atq; præcipio; vt rabiem vestram maledictam, & tempestates hac, siue per maleficorum incantationes sint, siue à vestra iniquitate, sine alicuius nocumēto à nobis, & à tota regione Christianorum auferatis, sicut puluis ante faciem venti: nam fugo vos, per Sanctos Apostolos Iesu Christi. Confringo vos, per Sanctos Martyres,

Digitized by Google

Impero fugã vobis, per S.S. Confessores. Flagello vos, per S.S. Virgines. Ecce ✠ Crux D.N.I.C. fugite, fugite ò rebelles Dei. Fugite ò inueterati Diaboli, per S. Vbaldum flagellũ vestrum: discedite cito cũ circumstãtijs dictis per Sanctã Virginitatem Vbaldi, & per suum Sanctum Corpus, & per omnia sua merita. Fugite maledicti, per S. Michaelem, qui vos eiecit de statu Cœli; quando cum Dracone pugnauit, & vicit eum. Fugite in nomine Iesu, & relinquite nobis imbrem, & aquam benedictam, vt dixi supra. & totum vobis pro primo, secundo, & tertio peremptorio in nomine, & ex parte S. Vbaldi, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna excommunicationis maioris latæ sententiæ, & sub pœna annorum centum millia de pœna accidentali, illico incurrenda casu inobedientiæ. Fugite maledicti in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Dic

Digitized by Google

Dic Litanias B. Virginis vt supra carte 109.

Si adhuc perseuerauerit repete, vt supra.

Benedictio salis, & aquę.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Sequuntur diuersæ Benedictiones.

Semper in omnibus benedictionibus sic est dicendum.

Oremus.

EXORCIZO te creatura salis, per Deum viuum, per Deum verum, per

Digitized by Google

per Deum Sanctum; per Deum, qui te per Elisæum Prophætã in aquã mitti iussit; vt sanaretur sterilitas aquæ, vt efficiaris sal exorcizatum in salutem credentium: & sis omnibus sumentibus te sanitas animæ, & corporis, & discedat à loco, in quo aspersũ fueris, omnis phantasia, & nequitia, vel astutia Diabolicæ fraudis. Omnis spiritibus immundus, adiuratus per eũ, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Oremus.

IMMENSAM clementiam tuam, omnipotens æterne Deus, humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis, quam in vsum generis humani tribuisti benedicere ✠ & sanctificare ✠ tua pietate digneris, vt sit omnibus sumẽtibus salus mentis, & corporis: & quidquid ex eo tactum, vel respersum fuerit; careat omni immunditia, omniq;

Digitized by Google

omniq; impugnatione ſpiritualis nequitiæ: per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Amen.

Exorciſmus aquæ.

EXORCIZO te ✠ creatura aquæ in nomine ✠ Dei Patris Omnipotentis, & in nomine ✠ Ieſu Chriſti filij eius Domini Noſtri, & in virtute Spiritus ✠ Sancti; vt fias aqua exorcizata ad effugandam omnem poteſtatem inimici, & ipſum inimicum eradicare, & explantare valeas, cum angelis ſuis Apoſtaticis, per virtutem eiuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti, qui venturus eſt iudicare viuos, & mortuos, & ſæculũ per ignem. Amen.

Oremus.

DEVS, qui ad ſalutem humani generis maxima quæque Sacramenta in aquarũ ſubſtãtia condidiſti; adeſto

Digitized by Google

adesto propitius inuocationibus nostris, & elemento huic, multimodis purificationibus præparato virtutem tuę Bene ✠ dictionis infunde, vt creatura tua ministerijs tuis seruiens ad abigendos Dæmones, morbosque pellendos Diuinæ gratiæ sumat effectū: vt quicquid in domibus, vel in locis fidelium hæc vnda resperserit, careat omni immunditia, liberetur à noxia: nō illic residet spiritus pestilens, non aura corrumpens: discedant omnes insidiæ latentis inimici; & si quid est, quod aut incolumitati habitantium inuideat, aut quieti; aspersione huius aquæ effugiat; vt salubritas per inuocationem sancti tui nominis ex petita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Hic

Hic mittat sal in aquam in modum Crucis dicens.

Comistio salis, & aquę pariter fiat, In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Oremus.

DEVS inuictæ virtutis auctor, & insuperabilis imperij rex, ac semper magnificus triumphator, qui aduersæ dominationis vires reprimis: qui inimici rugientis sæuitiam superas, qui hostiles nequitias potenter expugnas, te Domine trementes, & supplices deprecamur, ac petimus, vt hanc creaturam salis, & aquæ dignanter aspicias; benignus illustres; pietatis tuæ rore sanctifices, vt vbicunq; fuerit aspersa. per inuocationem sancti tui nominis,

Digitized by Google

nominis, omnis infestationis immundi spiritus abigatur, terrorq; venenosi serpentis procul pellatur, & præsentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus vbiq; adesse dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

Benedictio olei, & aliorum vnctionum, vel carnis, vel lardi, vel butiri, vel casei. mutatis mutandis.

EXORCIZO te ✠ creatura olei in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti; vt per hanc inuocationem Indiuiduæ Trinitatis, ac vnius virtute Deitatis, omnis nequissima virtus aduersarij: omnis inueterata malitia Diaboli: omnis violenta incursio, omne confusum, & cæcũ phantasma eradicetur, fugetur, & discedat

ab hoc

ab hoc oleo, & omnis, qui ex eo biberit, & deuote vnxerit fiat sanus ab omni maleficio Diabolico ne possit illi vlla nequitia malignorum spirituum. Dignare Domine hoc oleum benedicere ✠ sanctificare ✠ pro tua pietate, vt quicunq; ex eo biberit, vel vnxerit, vnctus sit dolore pœnitentiæ, & ab eo eradicentur facturæ, maleficia, incantationes, tumores, dolores, & ligationes quomodolibet factę, cõtra creaturas Dei: sit destructio omnium operum Sathanæ. In nomine S. Vbaldi benedico ✠ & sanctifico ✠ olei huius liquorem ad obsessos liberandos: ad restituendam febricitantibus valętudinem, ægrotantibus sanitatem, ad extinguenda venena, tumores, & dolores, ad restituendum coniugis amorem, ad depellendum aduersa, & comprimendum noxia, & odium expellendum, & quicunq; eo vtetur ab omni languore, & infirmitate sanetur, à cunctis insidijs inimici liberetur

liberetur. Multiplica ò æterne Deus bene ✠ dictiones tuas super hoc oleū sicut stellas Cœli; quia Ego Carolus Sacerdo per Iesum Christum benedico ✠ sanctifico ✠ huius olei benedicti liquorem; destruo omnia maleficia, languores, & dolores, & vexationes Diabolicas, & fugo ipsos Dæmones in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio panis, vel tritici, vel farinæ, vel leguminis, mutatis mutandis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Pete

PETO ò Domine Iesu Christe, vt benedicas ✠ panem hunc, sicut benedixisti quinq; panes in deserto, vt sit sumentibus salus mentis, & corporis, atq; contra morbos, & vniuersas insidias Diaboli. Nam Ego Carolus Sacerdos tuus, in nomine tuo hunc panem benedico ✠ sanctifico ✠ & exorcizo ✠ sicut Elias benedixit farinã in Hydria Viduæ, & fecit subcineritium panem benedictum Eliæ, qui ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vsque ad montem Dei Horeb: sic hunc panem in nomine tuo benedico, & sanctifico ✠ creaturæ tuæ trado, vt accipiat, & comedat ad eradicandum à corpore suo omne maleficium, incantationem, ligamen, signum, & opus Diabolicum, & ipsos Dæmones, omnemq; febrim, & qualemcunq; ægritudinem. O Domine Iesu Christe, qui es panis natus in Bethlem, Panis vitæ, benedic ✠ &

Digitized by Google

ſanctifica ✠ eum; & Ego per ſanctum nomen tuum, & S. Vbaldi eum benedico ✠ & ſanctifico ✠ ac per ipſum ſanctum nomen tuum terribile, Deſtruo omnia maleficia; & per ipſum ſanctum nomen tuum ò Domine Ieſu hũc panem benedico ✠ & ſanctifico, & virtutem tui sãctiſſimi nominis infundo, vt ſit contra omnes vexationes Diabolicas. Benedico hunc panem, & ſanctifico ✠ & Dominus tecum ſit, ò panis benedicite, vt extinguas venena, noxia comprimas: aduerſa depellas, maleficia deſtruas, Dæmonia fuges ab hac creatura N. & à cunctis creaturis. O S. Michael benedic ✠ hunc panem per tuã ſanctã pietatem. O S. Maria ſanctifica hunc panem, vt qui comederint ex eo recipiãt ſanitatem, & tuam ſanctam benedictionem. O S. Pater Vbalde infunde in hũc panem tuã ſanctã benedictionem, vt ſit ignis ardens contra Dæmones, & deſtruat facturas, & omnia opera Satanæ. Amen. Be-

Digitized by Google

Benedicat quæsumus Domine, S. Pater per amorem filij tui, virtus spiritus panem istum; & ita benedicat & inflāmet ✠ & exorcizet; vt quicumq; ex eo comederit, siue gustauerit in nomine tuo, & dilecti filij tui, & Spiritus Sancti ab omnibus operibus Sathanæ sanetur. Da Domine Sancte Pater omnipotens, æterne Deus, vt quod rogamus, & exoramus; obtineamus in nomine tuo, & dilecti filij tui, & Spiritus Sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio vini, & aceti mutatis mutandis.

EXORCIZO te creatura vini in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, ne sis communis vlli spiritui immundi ad honorem S. Mariæ, & S. Vbaldi, vt qui te deuote biberit,

Digitized by Google

& gustauerit, omnis spiritus immūdus ab eo recedat, cum facturis suis. itaq; exorcizo ✠ & benedico ✠ te creatura vini in nomine Iesu Christi, & S. Vbaldi; vt sis purgatio omniū maleficiorū. Dignare ò S. Pater Vbalde; hoc vinum benedicere ✠ & sanctificare ✠ ad liberandas, & sanandas creaturas Dei ab omnibus maleficijs, & Dæmonijs. O Domine Iesu Christe, sicuti cōuertisti in Cana Galileæ aquā in vinum: ita benedicere ✠ exorcizare ✠ & sanctificare ✠ tua pietate digneris hoc vinum; vt sit remedium efficax contra omnem potestatem omnium inimicorum nostrorum: & etiam contra omnes facturas, quæ factæ sunt, & factæ erunt: & nullus spiritus malus cuiuscunque generis possit latere in hac creatura N. quæ gustauerit hoc vinum benedictum. Peto Domine, per tuam sanctam Passionem, & Crucem, vt qui biberit ex hoc vino benedicto, mūdetur à spiritibus immundis, & ab omni

maleficio

maleficio: & omnis virtus Diaboli exterminetur, & potestas tua, Domine, in virtute verborũ tuorum prævaleat.

O Domine, infunde tuam sanctam benedictionem ✠ in hoc vino, vt alligata sint vulnera Sathanæ: & ego benedico ✠ hoc vinum ✠ & sanctifico ✠ in nomine sancto tuo, vt vulpes infernales demolientes hanc vineam tuam, ponentes eam in desertum, vna cum operibus suis, & maleficijs, & facturis, destruantur, confringantur, & anichilentur. Succurre ergo Domine, & benedic ✠ & sanctifica hoc vinum, vt sit vinum gratiæ scientiæ, sapientiæ, feruoris, & amoris ad sanandas tuas creaturas, ex eo gustantes, & bibentes, corpus reficiat, & corroboret, intellectum clarificet, cor lætificet, dolorem, & tristitiam quamcunq; expellat, maleficia cuncta destruat, & anihilet à creaturis tuis ex eo bibentibus, per Christum Dominum nostrum. Amen. Benedico hoc

Digitized by Google

vinum, & sanctifico, vt sit tanquam vinum, quod Christus dat suis deuotis, in conuiuio suo spirituali. Adhuc Bone Iesu dic verbum; & benedic ✠ & sanctifica ✠ hoc vinum. Tandem benedico illud, & per hoc sanctum vinum destruo omnia malefieia, & fugo Dæmones per eum, qui torcular calcauit solus. Amen.

Conspergatur aqua benedicta.

Benedictio prandij, & cęnæ præsẽte vexato à spiritibus, vel facturis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

IN nomine D. N. Iesu Christi, Ego Carolus Sacerdos Dei benedico ✠ atq; exorcizo ✠ vos creaturæ panis, & vini, carnis, fructus, & cuiuscunq; comestibilis per illum, qui benedixit panes

nes in deserto,& multiplicauit. Et per illum,qui aquam in vinũ conuertit,& qui manna patribus dedit in deserto, omne delectamẽtum in se habentem: vt sitis fortitudo, & sanitas ,& purificatio huic, & omnibus creaturis Dei sumentibus,ad effugandos omnes spiritus immundos,omnẽq;nefariã Diaboli,& facturas suas,& figuras omnes & minas Sathanæ exterminandas,per eũ,qui venturus est iudicare viuos&c.

Purificare ò Domine Iesu Christe, benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris has creaturas cibi, & potus, quas Ego Carolus Sacerdos tuus in tuo nomine, & S. Vbaldi serui tui benedico ✠ purifico, & sanctifico ✠ & quicũq; comederit, vel biberit ex eis per dilectionem B.M.V.&S.Vbaldi,& omniũ Sanctorum bibat, & comedat coram Domino cũ omni lætitia, & sint cõtra maleficia,&insidias Diaboli,quę maleficia per hęc potabilia,& comestibilia destruo, & anihilo, & etiam fugo

Digitized by Google

Dæmones,& omnia Diabolica; in nomine Iesu confringo,& eradico,& eijcio à corporibus humanis. O creatura Dei,tolle has creaturas cibi,& potus, quas misit tibi Deus,& quas Ego Carolus Sacerdos Dei exorcizo ✠ purifico ✠ benedico ✠ & sanctifico ✠ in nomine sancto eius,& S.Marię Virginis,& S.Patris Vbaldi. Requiesce ergo, & comede, & bibe: & in nomine Iesu recedat à te Satan,cum omnibus suis facturis. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio incensi, vel storacis, vel sulphuris, vel omniu odorabilium, vel aromatum, mutatis tamen mutandis. Quæ fumi-

Digitized by Google

fumigationes debēt fieri domi, vel in cubiculo, & lecto creaturæ obsessæ: quando fit fumigatio creaturæ vexatæ debent esse fumigationes odorabilium, vti storacis, incensi, & similium. Fumigatio sulphuris debet fieri raro, & quando Dæmon facit creaturæ somnum profundum in coniuratione, & de parua quantitate, & per tēpus minimum; quia creaturæ obsessæ multum nocet, & circa hæc vidi;

quod

Digitized by Google

quod Exorcista debet esse cautus, & discretus; ne affligatur creatura obsessa, cum talibus fumigationibus: & quando fit fumigatio domus, & creaturę; benedicatur ignis, etiam quãdo comburuntur facturæ: & in ista combustione dicatur Psalmus Exurgat Deus.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

EXORCIZO te ✠ creatura ignensi, vel storaeis, vel sulphuris, per Deum viuum ✠ per Deum verum ✠ per

per Deum ſanctũ ✠ & per S. Vbaldum flagellũ Inferni, & per eum, qui omnia ex nihilo creauit, & expulit prauos Angelos de Cœlo ad iſta inferiora, & per omnia nomina Dei, & per nomen B. V. & S. Vbaldi te coniuro ✠ & exorcizo ✠ ò creatura incenſi, ſtoracis, vel ſulphuris, & per omnia ſupradicta; vt ſis in defenſionem noſtram, & efficiaris fumigatio, & creatura benedicta ✠ & conſacrata ✠ & perpetua pœna ſis omnibus malignis ſpiritibus infernalibus; & ſis ſolutio omnium ligaminũ; Domine Ieſu benedicere ✠ & sãctificare ✠ digneris, per tuã clementiam, & pietatem hanc creaturam incenſi, vel ſtoracis; vt ſit defenſio contra omnes ſpiritus malignos, & compulſio facturarum, & in quem locum odor huius incẽſi venerit, ſiue adfuerit nullus ſpiritus, nulla incantatio, & nullũ maleficiũ, vel factura, & nulla moleſtia malignorũ poſſit durare, neq; ſtare modo aliquo; ſed ſtatim omnia Diabolica

bolica fugant procul per signum ✠ Sᵉ Crucis amen. Benedic Domine hanc creaturam incensi, vel storacis ad effugandos dæmones, & omnia aspera sua, per seruum tuum Vbaldum, cui dedisti virtutem ad effugandos Dæmones: nam Ego Carolus Sacerdos tuus benedico ✠ te creatura incensi, vel storacis, & sanctifico, per eum, quem Cœlum, & Cœli Cœlorum capere non possunt; & in odore huius incensi, vel storacis, benedicatnr domus, locus, cubiculum; ita, vt nullus spiritus possit stare, vbicunq; fuerit hic odor; sed fugiat confusus, & domum, locum, cubiculum, vbi fuerit talis odor benedico ✠ & sanctifico, & benedictionibus cœlestibus repleo: & sit domus, locus, & cubiculum Dei, sit palatium Christi, sit habitaculum Spiritus Sancti, & quisquis fumigatus fuerit his rebus benedictis, benedicatur, & sanctificetur. Te humiliter precor, Domine Iesu Christe, vt hanc

creaturam

Digitized by Google

creaturam, incensi, stòracis, & sulphuris, quam, in nomine tuo purifico ✠ benedico ✠ & sanctifico ✠ tua sancta virtute digneris corroborare; & odore huius fugiãt Dæmones, cum omnibus suis facturis, & armis in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Benedictio medicinæ, vel vnctionũ, vel brodei, vel balneorum. mutatis mutandis.

QVÆSVMVS clementiam tuam, ò æterne Deus, vt hanc medicinam ad expellendas omnes ægritudines, & virtutes Diabolicas, & infestationes maleficiales; imo, & ipsos Dæmones à corporibus humanis. In nomine sãcto tuo, & Diui Vbaldi, benedico ✠ sanctifico ✠ sic tu omnipotens, & clementissime Deus, benedi-

cere

cere ✠ sanctificare ✠ pijssime Deus digneris, & in omni, qui eam biberit extingue febrium infestationes; viscerum tormenta cura; cordis, & capitis, dolores, & passiones cunctas dissolue; grauitates peccatoris remoues infestationes cunctas, à quibusuis partibus corporis resolue; phãtasmaticis adesto periculis; tumoresq; compesce. Sit hæc medicina expulsio præsentis morbi: & fugiant Diaboli, cũ omnibus suis socijs, facturis, & armis. Exorcizo te ✠ creatura medicinæ in nomine Iesu; vt virtutem naturalem retineas, supernaturalem recipias adiurata in nomine Christi. Benedic Domine hãc medicinã ✠ & virtus Spiritus Sancti fit super eam ad euacuãda, dextruenda, anichilanda, & eradicanda a corpore humano maleficia cuncta cuiuscũq; generis sint: & simul ad expellẽdum ipsũ Dæmonem. Prout Ego Carolus Sacerdos tuus benedico ✠ exorcizo ✠ & sanctifico ✠ & benedictiones

cunctæ

cunctę ſeruorũ Dei ſint ſuper te, ò medicina, & ſis potens ad effugãdos Dęmones, cũ ſuis facturis, & armis Diabolicis. Tandem benedictio S. Vbaldi Epiſcopi ſit ſuper te ✠ in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti. Amen.

Et aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio Thori.

DOMINE Sancte Pater, qui caſtigãdo nos ſaluas deprecor Maieſtatem tuam ſuper hunc lectũ, & ſuper hanc domum, & ſuper omnia, quæ ſunt in ea, & ſuper has plumas. Quæ omnia benedico ✠ purifico, exorcizo, atq; ſanctifico, per nomen ſanctũ tuũ, & ſerui tui Vbaldi, quem deprecor, vt ſit in noſtro auxilio, & omnium creaturarum: ſic & tu Domine benedicere ✠ & ſanctificare digneris, hunc lectum, domũ, & omnia, quæ ſunt in ea, & plumas

Digitized by Google

& plumas ſuas, vt quiſquis, & præcipue hæc creatura N. ſuper has plumas, & lectum proſtrata fuerit, dormiat, & tuam ſanctam benedictionem recipiat, & dormiat, & ſecura quieſcat. immo omnis ſpiritus immundus, omne phantaſma, omne maleficium, vel factura, ligatura, ſignatura, & omne opus, quomodolibet Diabolicum, in lectum, vel plumas has, vel domum factum deſtruatur, anichiletur, exterminetur, diſſipetur, expellatur, elongetur, quantum eſt elongatum Cœlum à terra, lux à tenebris, nec amplius reuertatur. & Ego Carolus Sacerdos Dei deſtruo, extirpo, & anihilo; vt non reuertatur, & ſpiritus maledicti thorum, & domum tuas creaturas violare volentes, contero, & diſperdo, & tandem Domine multiplica tuas ſanctas benedictiones ſuper lectum, & has plumas, & domum, & ſuper creaturas, quæ habitant in ea: nam ego omnia benedico & ſanctifico

ctifico ✠ ſacerdotali auctoritate, qua fungor, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Adſpergatur aqua benedicta: & ponat Sacerdos incẽſum ſuper ignẽ benedictum; vt fumigetur domus, vel cubiculum, vel lectus. Et ponatur in lecto Cera Agnus Dei, Oliua palmarum benedicta, Sale exorcizato, & incenſo Cerei cum auro, & mirra.

Digitized by Google

Benedictio vestimentorum, vel indumentorum lecti, vel similium, mutatis mutandis.

EXORCIZO vos creaturæ diuersæ indumentorum, per eum, qui vos parauit ad ornamentum generis humani; vt sitis indumenta benedicta ✠ pura ✠ & munda ✠ ab omni virtute Diaboli, & ministrorum eius, & ab omnibus, & facturis, & maleficijs, cuiuscunque generis sint: & vires Diaboli retinere non possitis; sed sitis in nomine Diui Vbaldi indumenta pura ✠ benedicta ✠ & sanctificata ✠ quæsumus Domine, vt hæc indumenta purificare ✠ benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris, nam Ego Sacerdos tuus hæc indumenta in tuo nomine, & Diui Vbaldi benedico ✠ purifico ✠ & sanctifico ✠ vt qui ea portauerit

uerit: concede Domine, & induerit, cœlestis gratiæ, & benedictionis plenitudinem valeat accipere; vt ab omnibus Dæmonibus, & facturis sit liber, & defensus. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Postea Sacerdos exuat dicens.

Exuat te Deus veterem hominem cum actibus suis. Amen.

Induens dicat.

Induat te Deus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia, & sanctitate. Amen.

Digitized by Google

Benedictio herbarum, vel rosæ, vel rutæ, vel absintij, vel similium, mutatis mutandis.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOMINE Sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui dixisti, germinat terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum, iuxta genus suum: sic propter nomen sanctũ tuum magnum, & glorificatum in terra, & in Cœlo; pone dexteram tuã plenam larga benedictione super has herbas,

vel

Digitized by Google

vel rosas, & reple eas cunctis benedictionibus; prout Ego Carolus Sacerdos tuus, in tuo sãcto nomine Thetragrammaton, & serui tui Vbaldi, eas exorcizo ✠ benedico ✠ & sanctifico; vt vbicunq; collocatæ fuerint, siue in domibus, siue in lectis, vel cubiculis, vel super se habuerit obsessus, vel odorauerit, vel si quis fuerit ex his fumigatus, vel in balneo lotus, vel in quibuscunq; locis fuerint, per omnipotentiam tuam, & passionem Filij tui, & Domini Nostri Iesu Christi, elongetur ab eis omne malum, omne periculum, omnes virtutes, & opera Sathanæ. Ideo per eum, qui dat herbam seruituti hominum, has herbas N. N. benedico ✠ & sanctifico ✠ ad fugandos Dæmones ad destruendum omne maleficium, & ad anichilãdum incantamentum, ligamen, facturas, & omnia opera Sathanæ à corporibus hominum, & à quibus vis locis omne opus Diaboli factum, vel faciendum,

Digitized by Google

ita vt ibi nulla habitatio: nulla virtus Diaboli sit in his herbis; sed in nomine Iesu, & Sancti Vbaldi quorum nomen, & virtutem inuoco super has herbas, vel rosas; recedant confusi maledicti; & vadant in baratrum cum omnibus operibus suis hæreticalibus; & inhabitent Sancti Angeli Dei, vt recipiant sanctitatem, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Benedictio Ignis.

BENEDICO te ✠ creatura ignis, atq; sanctifico per eum, qui te creauit, qui famulo suo Moysi apparuit in igne forma Rubi. Benedico ✠ te, & exorcizo ✠ atq; coniuro ✠ te, ò creatura ignis, per eum, qui fecit orbem tremere, & omnia potest, vt

aduersus

aduersus Infernales prędones sis mihi adiutorium: eos in nomine Iesu, & S. Vbaldi affligas, excrucies, & exuras, ignis gehenna sulphurea. Sic tu Domine benèdicere ✠ & sanctificare ✠ digneris hanc creaturam tuam ignis; vt sit ignis ardens Dæmones, & omnia opera sua: & maleficia, cuiuscunq; generis sint, comburat, destruat, & anihilet, quæ facta sunt, & facta erũt: quæ omnia in nomine tuo ò Domine destruo, & anihilo semper. Obsecramus humiliter tuam omnipotentem pietatem; vt huic creaturæ ignis eam virtutem conferre tua benignitate digneris, quæ malignis spiritibus non solum infernalium pœnarum, amaram recordationem efficiat: verum etiam eos pro eorum in te, & in nos ministros tuos contumacia, excruciet, exterminet, & expellat, & sic benedico ✠ sanctifico ✠ hanc creaturã ignis in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Digitized by Google

Aſpergatur aqua benedicta.

Quando benedicitur domus, accendatur vna candela benedicta, & Crux antecedat.

Benedictio domus, vel loci.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Oremus.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, qui Sacerdotibus tuis præceteris tantam gratiam contuliſti; vt quicquid in tuo nomine digne perfecteq; ab his agatur, à te fieri credatur.

Quæſumus

Digitized by Google

Quæsumus immensam clementiam tuam; vt quod modo visitaturi sumus, visites; & quicquid benedicturi, benedicas; & ad ea, quæ acturi sumus, dexteram tuæ potentiæ extendas; fiatq; ad nostrę humilitatis ingressum, & introitum, Sanctorum tuorum meritis fuga Dæmonum, Angeli pacis ingressus, per Christum Dominum nostrum. Amen.

Oremus.

DOMINE Sancte Pater, per merita S. Vbaldi Episcopi, Benedic domum istam ✠ Benedic introitum nostrũ ✠ Benedic ✠ ingressus pedum nostrorum; sicut dignatus es domum patrum nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob benedicere ✠ ò Domine Iesu Christe, quęsumus, qui Discipulis tuis dixisti in quamcumq; domum intraueritis, salutate eã dicentes, pax huic domui, veniat pax illa super domum istam, *Benedictio domus.*

istã,& super omnes famulos, & famulas tuas;& eos Domine ab omni infirmitate eripere, & liberare digneris;& repleas centesimo fructu,vini, & olei, & frumenti,& in futurũ illis æternam concede gloriam. Qui vivis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Benedic Domine domum istam, & locum istum, cum ædificijs suis; & sit ibi sanitas, sanctitas, virtus, & gloria, atq; humilitas, bonitas, & mansuetudo, lenitas, & plenitudo legis, obedientiaque Deo Patri,& Filio, & Spiritui Sancto. Hæc bene ✠ dictio sit super domum istam,& super locum istũ, & super omnes habitantes in eo, per Christum Dominũ nostrũ. Amen. Sancti Angeli Dei descendãt in hanc domum,& eã defendant,& protegant ab omnibus Dæmonibus, & facturis, per pietatem Dei semper. Amen.

Conserua Domine domum istam in æternum impollutã, quam à spiritibus immundis flagellantibus nunc

mundo

mundo ✠ purgo ✠ & benedico ✠ & sanctifico . egrediatur fons de domo tua Domine super domũ istam; vt irrigetur misericordia tua,& dic Angelo percutienti . Cessel iam manus tua appareat maiestas tua,& sanctificet ✠ hoc habitaculũ Sancta Maria Virgo . inuoco nomen tuũ super hãc domum, & locum: benedic eum;quia tu es mater misericordiæ , & consolatrix afflictorum . S. Pater Vbalde exurge , & per passionem Iesu Christi benedic ✠ & sanctifica ✠ hanc domum,& locum istum,vt Dæmones , & eorũ maleficia nõ possint latere , neq;stare in hac domo,vel loco: nam Ego Sacerdos Dei , & seruus tuus , in suo nomine destruo ✠ & anichilo ✠ facturas,&omnia maleficia facta , vel fienda in hac domo , vel loco, & benedico ✠ & sãctifico ✠ hanc domũ,& locum, vt Dæmones,& facturæ non possint stare , nec durare, sed nunc omnia destruãtur, & deficiãt in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus Sancti. Amen.

Pe-

Digitized by Google

Peto Domine, per tuam bonitatem; vt hæc domus, & locus sit benedictus ✠ à tua sancta dextera; vt sit ignis ardens Dæmonibus, vt semper fugiant confusi; nec vllo modo possint stare, nec latere, vel die, vel nocte: & omnes habitãtes securi sint, & quiescant in sua pace, sine turbatione, vel strepitu, & sine aliquo nocumento Diabolico; sed tua benedictio sit semper super hanc domum, & locum istum, & super omnes habitantes in eo. Amen. Pax, & benedictio Sanctissimæ Trinitatis, & S. Vbaldi descendat super domum hanc. Amen.

Et habitantes in hac domo per nomen Iesu possint deuote orare, quiete dormire, comedere, bibere, & alia naturalia agere, libere, & exercere.

Dicantur etiam Euangelia, vt supra. Deinde aspergatur domus aqua bene-

Digitized by Google

benedicta, & fumigetur incenſo, & ſtorace propria benedictione. Benedicto igne; ponatur Crux benedicta in medio domus: & quando domus fumigatur, dicatur hæc Oratio.

SICVT Ego Carolus Sacerdos Dei impleo domum hanc fumo aromatum: ſic repleatur Maieſtate, & gloria Domini, vt ſit domus ſancta, fundata ſupra firmam petram. Totus mons Sinai fumabat; eo quod deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne: impleta eſt domus odore vnguenti, & benedictionibus cœleſtibus. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio Crucis.

BENEDIC Domine, quæso hanc Crucem, per quã eripuisti mundum à potestate Dæmonum. Sanctifica Domine illud signaculum passionis tuæ; vt sit inimicis tuis obstaculũ; & credẽtibus in te auxiliũ perpetuũ, perpetuũ in quocunq; loco fuerit collocatũ: nulla sit habitatio Dęmonum; sed fugiant confusi, & elongentur ab ipso loco, & habitantibus in eo quantum elongatũ est Cœlum à terra: sed habitent Angeli Sancti fortissimi locum, & habitatores protegentes. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio Candelæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Digitized by Google

Oremus.

DOMINE Ieſu Chriſte fili Dei viui, Benedic ✠ candelas iſtas, ſupplicationibus noſtris: infunde eis Domine, per virtutẽ Sanctę Cru ✠ cis benedictionem Cœleſtem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuiſti: talem benedictionem ſignaculo Sanctæ Cru ✠ cis accipiãt; vt quibuſcunq; in locis incenſe, ſiue poſitę fuerint, diſcedant Principes tenebrarum, & contremiſcant, & fugiant pauidi, cum omnibus miniſtris ſuis, & facturis ab habitantibus illius, nec præſumant amplius inquietare, vel moleſtare ſeruientes tibi omnipotenti Deo. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Conſpergatur aqua benedicta.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio anuli.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

BENEDIC, quæſumus Domine, anulum hunc, quem nos in tuo nomine, & S. Vbaldi, benedicimus ✠ vt, qui eum portauerit, in tua pace quieſcat; & in tua voluntate permaneat; & in amore tuo viuat, & ſeneſcat, & multiplicetur in longitudine dierum. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Oremus.

CREATOR, & conſeruator humani generis, dator gratiæ ſpiritualis, conditor æternæ ſalutis, tu Domine emittere digneris Spiritum Sãctum tuum Paraclitum de Cœlis; & tuam ſanctam benedictionem ſuper anulum

Digitized by Google

anulum hunc, vt sit armatura potens contra omnes virtutes Diabolicas, & ego in tuo nomine eum benedico ✠ & sanctifico ✠ In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Benedictio Coronæ.

OMNIPOTENS, & misericors Deus, qui propter nimiam charitatem tuam, qua dilexisti nos, filium tuũ Dominum Nostrum Iesum Christum, pro redemptione nostra de Cœlis in terram descendere, & de Beatissimæ Virginis Mariæ Vtero, Angelo nunciante, carnem suscipere voluisti; vt nos eriperes de potestate Diaboli: obsecramus immensam clementiam tuam, vt hæc Corona in honorem, & laudem eiusdem Genetricis filij tui ab Ecclesia tua fideli dicata benedicas ✠ & sanctifices, eiq; tantam infunde virtutem Spiritus Sancti, vt quicumq; eam portauerit, vel

Digitized by Google

dixerit, aut in domo reuerenter tenuerit ab omni hoſte, & facturis, ſemper, & vbiq; in hoc ſæculo liberetur: & in exitu ſuo à Beatiſſima Virgine, & S. Vbaldo tibi pleno bonis operibus præſentari mereatur. Per eundem Dominum noſtrum. Amen.

Aſpergatur aqua benedicta.

Benedictio arborum, vineæ. terræ, ſeminum, & ſegetum.

BENEDICAT ✠ nos Deus Deus noſter: & terræ noſtræ vbertatem cõcedat: in centuplũ multiplicet fructum eius: & viuentes in exultatione, manipulos noſtro: colligamus. Dignare Domine bene ✠ dicere terrã iſtam; vt det fructum bonum, & ſanctum in tẽpore ſuo. Nam ego in nomine tuo, & S. Vbaldi eam benedico ✠ & ſanctifico

ctifico ✠ vt nullus ſpiritus poſſit eam turbare in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti.

O Domine Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, ſupplices te deprecamur; vt miſericordia tua, iugiter nobis cõcedas ſufficientem meſſium copiam, fructuum omnium largitatem tribuas: vinearum quoq; ſubſtantiam abundanter: arborum fœtus, prouentuſq; omnium rerum, atq; ipſis omnibus peſtiferum ſidus, tempeſtatis procellam, & grandinis fragorem, & vniuerſa mala amouere digneris. Sancte Pater Vbalde rogo te, vt benedicas ✠ & ſanctifices ✠ hanc terram ✠ ſegetes ✠ arbores ✠ vineas ✠ fruges ✠ fructus ✠ herbas bonas ✠ & legumina ✠ ne poſſit vllus Dæmon ſuper hęc omnia. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

O Domine, multiplica ſuper nos miſericordiam; vt ſuper has fruges veniat ſperatæ benedictionis vbertas,

Digitized by Google

& segetes nostras, & vuam, & fructus, & omnia ad maturitatem fertilitatis perducere digneris. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Oremus.

O Domine Iesu Christe, mitte Spiritum Sanctum, cum Sanctis Angelis; vt defendant segetes nostras, & fruges, & fructus à vermibus malis, siue ab auibus, & Dæmonibus; & omnia benedicãt ✠ nam ego benedico vos fructus seminum, frugum, frumenti, hordei &c. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Benedictio in peste animalium.

MISERICORDIAM tuam Domine, supplices exoramus, vt hæc animalia, quæ graui infirmitate vexantur

xântur, in nomine tuo, atq; tuæ benedictionis ✠ virtute ſanentur. Extinguatur in eis omnis Diabolica poteſtas; ne vlterius ægrotent: tu eis Domine ſis defenſaculum vitæ, & remedium ſanitatis. S. Pater Vbalde defende, & libera ab his infirmitatibus hęc animalia, per tua ſancta merita, & per nomen Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Amen.

Aſpergantur aqua benedicta.

Benedictio contra aues, & vermes.

OMNIPOTENS ſempiterne Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miſerator, in cuius nomine omnia genua flectuntur Cœleſtia, Terreſtria, & Infernalia; tua potẽtia nobis peccatoribus concede, vt quod de tua miſericordia

Digitized by Google

confisi agimus, per tuam gratiam efficacem, consequamur effectum: quatenus hos pestiferos vermes, vel mures, aues, vel locustas, vel alia animalia, per nos seruos tuos maledicendos, extermines: vt per tuam clementiam ab hac peste liberati gratiarum actiones Maiestati tuæ libere referamus. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Exorcizo vos ✠ pestiferos vermes, vel mures, aues, seu locustas, seu alia animalia per Deum Patrem omnipotentem, & Iesum Christum Dominum Nostrum, & Spiritum Sanctum ab vtroq; procedentem; & per S. Vbaldum; vt confestim recedatis ab his campis, seu vineis, vel aquis, nec amplius in eis habitetis; sed ad ea loca transeatis, in quibus nemini nocere possitis.

Pro parte omnipotentis Dei, & totius Curiæ Cœlestis, & ex parte Sancti Vbaldi, & ex parte Ecclesiæ Sanctæ

Dei

Digitized by Google

Dei vos maledicentis, quocunq; ieritis, sitis maledicti deficientes de die in diem, & decrescétes: ita vt reliquiæ de vobis in nullo inueniantur, nisi necessariæ ad salutem, & vsum humanum. Quod præstare dignetur, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Benedictio cuiuscunque rei tam comestibilis, quam non comestibilis.

BENEDIC Domine creaturã istam N. vt salutare remedium sit facturæ tuæ, quam præcioso sanguine redemisti: & pręsta, per inuocationem tui sancti nominis, & Sancti Vbaldi serui tui, vt quisquis ea vsus fuerit, benedictionem recipiat, & salutem:

Digitized by Google

atq; contra omnes morbos, atq; vniuersas insidias Diaboli, & inimicorũ tutamen sit: & ego Carolus tuus Sacerdos, in nomine tuo, & Diui Vbaldi Episcopi, hanc creaturam N. benedico ✠ atque sanctifico ✠ vt sit defensaculum creaturis tuis, & ignis ardens Dæmoniorum, & sit destructio, & expulsio, atque anichilatio omnium facturarum, & Diabolorum. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Et aspergatur aqua benedicta.

Sæpe aspergatur creatura obsessa, domus, cibaria, lectus, & omnia, aqua benedicta, scilicet, vtsupra, quæ est benedictio

dictio missalis, quia multum valet, vt videtur experientia, & multis auctoribus, & præcipue ait Ioseph. Beni.

Origine della benedittione dell' acqua.

L'acqua benedetta hebbe origine nella primitiua Chiesa, come si legge appresso S. Clemente Martire discepolo di S. Pietro Papa; & ancora appresso S. Alessandro Papa, & Martire, che fino à i suoi tempi così si benediceua, come hora si fà, & la sua principale institutione fù contro li Demonij, per scacciarli da noi, e dalle nostre cose, come si caua dalla istessa benedittione. Secondo rimette li peccati veniali, conforme la dispositione di chi la riceue. Terzo ci aiuta à leuar infirmità dal corpo. Quarto purga l'aere contagioso. Quinto promoue l'abbondanza, & la conseruatione delle cose temporali, come di biade, & cose simili. Onde approuano molti Santi di questi, & per essa acqua Iddio fà molte altre gratie. Ne deue parer marauiglia, che vna creatura, quãtunque insensabile, essendo bene-

Effetti dell' acqua benedetta secõdo il Rito di S. Chiesa.

Digitized by Google

benedetta nel nome di Dio, da cui riceue la vita, possi fare effetti tanto grandi, & anco maggiori delli sopradetti, che per breuità si tralasciano. Anzi si come la virtù di Dio nõ ha termine alcuno nell' opere sue: parimente si puol dire, che non habbi numero terminato in produrre effetti grandi, per mezo di quest' acqua, oue egli conosce esser bene il prouarli. però ogni vno l'adoperi spesso con fede, & deuotione.

Benedictio Cilicij.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Oremus.

OMNIPOTENS, & misericors Deus, qui corporibus pœnitentibus hoc indumentum imposuisti: misericordiam; & veniam tribuisti: oramus clementiam tuam; vt indumentum hoc, quod vocatur Cilicium, Benedicere

Digitized by Google

cere, & sanctificare digneris; vt quicunq; eo, pro peccatis indutus fuerit, & nimiam tuã implorauerint veniam, & indulgentiam tuæ sanctæ misericordiæ, consequatur. Per Dominum Nostrum &c.

Aspergatur aqua benedicta.

Laudo, quod putei, & cisternæ benedicantur, vt supra, propria benedictione, & Sacerdotale Romanum hoc præcipit, & multum iuuat semper in domo habere aquam benedictam, & quæcunque cibaria ad vsum nostrum.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio fructuum.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOMINE Iesu Christe, Deus de Deo, qui famulum tuum B. Blasium martyrio consecrasti, & B. Vbaldum in gloria tua collocasti, Benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris tua pietate hos fructus arborum, ficus, naueas, auellanas, vuas, & alios, quos indigne detulimus, per tui sancti nominis inuocationem, & per intercessionem Beatæ Mariæ Virginis, & Beati Vbaldi serui tui benedic sicut & Ego benedico ✠ & sanctifico ✠ hos fructus, & ad profectum præsentis familiæ

familiæ tuæ, atque omnium fidelium præsentium, & absentium prouenire concede: vt in quocunq; loco deportati fuerint salui, maxime à dolore gutturis, & aliorum dolorum efficiantur; & omnes iniquitates, siue illusiones Dæmonum ab eorum habitaculis abscedant: & quicũq; ex eis tenuerint & gustauerint, tua gratia, & benedictione repleantur. Qui viuis, & regnas in sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio carnium, & ouorum, & comestibilium omnium.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus

Digitized by Google

Oremus.

DOMINE Ieſu Chriſte filij Dei viui, qui es verus, ac immaculatus agnus : quiq; immaculatus in ara Crucis peccata mundi deleſti : & nos ad ouile, proprijs humeris, reportaſti: has carnes, vel hanc creaturam ouorum, vel &c. quas ad vſus hominum creaſti, Benedicere ✠ & ſanctificare digneris ; vt omnes ex eis ſumentes tuis benedictionibus repleti, & animæ, & corporis ſanitatem, te annuente, ſemper accepiſſe lætentur. Saluator mundi. Qui viuis, & regnas in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deus vniuerſæ carnis, qui Noè, & filijs ſuis de mundis, & immundis animalibus præcepta dediſti : quique ſicut olera herbarum, humanum genus manducare permiſiſti: qui agnum in Aegypto Moyſi, & populo tuo in vigilia Paſchæ comedere præcepiſti,

in

in figuram agni Domini Noſtri Ieſu Chriſti, cuius ſanguine omnia primo genita tibi de mundo redemiſti: &, Angelo iuuante, omne primogenitum in Aegypto percuti præcepiſti, ſeruans populum tuum, agni ſanguine ✠ pernotatum. Dignare, quęſumus Domine, Deus omnipotens, benedicere ✠ & ſanctificare ✠ has carnes, ouium, vel agnorum, vel hædorũ, vel auium, vel quaſcunque alias carnes; vt quicunque de tuis fidelibus populis ex eis comederint, omni benedictione ✠ Cœleſti, & tua perenni repleri gratia ſentiantur. Per eundem Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuũ, qui tecum viuit, & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Conſpergatur aqua benedicta.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio peregrinorũ, & etiam benedictio baculi.

DOMINE Iesu Christe mundi Redemptor, qui per os B. Pauli Apostoli tui intonuisti. Non habere nos hic manentem Ciuitatem, sed futuram hos debere inquirere semper: quiq; B. Apostolis tuis præcepisti, vt euntes ad prædicandum verbum Dei, virgas tantum sumerent: te supplici-ter deprecamur; vt digneris hunc baculum, vel has scarsellas, siue peras, pro tui nominis amore ad instar humilis armaturæ lateri applicandas, & hos substentationis baculos benedicere ✠ & sãctificare ✠ quatenus portantes eos in peregrinationibus signum, & suorum corporum substentationem, Cœlestis gratiæ plenitudinem in eis, & munimem valeant tuæ

bene-

Digitized by Google

benedictionis præcipere. Et quemadmodum virgam Aron ad rebellium Iudæorum perfidiam repellẽdam Bene ✠ dixisti: ita & hos famulos tuos, per hæc insignia, quæ ad honorem, & seruitium Apostolorum tuorũ Petri, & Pauli, vel Iacobi, vel S. Vbaldi, vel Sancti N. &c. assumere cupiunt de manibus nostris, benedicas ✠ & ab ommibus peccatis absoluas, vt in die Iudicij in parte mereantur dextera collocari, & Ego Carolus Sacerdos tuus benedico ✠ & sanctifico, in tuo sancto nomine, hos baculos, & hos peregrinos: & Benedictio ✠ Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, & omnium Sanctorum sit super vos semper. Amen.

Oremus.

SIGNACVLVM Dei Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti descendat super hos baculos, & has peras: &

Digitized by Google

quicunq; eas portauerint ab omnium inimicorum insidijs sint defensi. Per Christum Dominum Nostrum. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

Exorcismus salis, & aquæ.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Exorcismus salis.

EXORICZO te creatura salis ✠ per Deum viuum, & verum, qui oblationes, & sacrificia iussit sale condiri: per ipsum Deum te exorcizo, qui filijs Israel statuit pactũ salis in æternum corã se: Per eum te exorcizo ✠ qui

qui Esdræ Sacerdoti iussit dari sal absque mensura; vt sis omnibus ex te sumentibus sanitas animæ, & corporis: & effugiat, atq; discedat à quocunq; homine, & loco, vbi aspersum, sumptum, positum fuerit, omne Phantasma, omnis nequitia, & omnis versutia Diabolicę fraudis, omnisq; spiritus immundus, adiuratus per eum, qui venturus est iudicare viuos, & mortuos, & sæculum per ignem. Amen.

Exorcizo te iterum, creatura salis, per Iesum ✠ Christum Dominum nostrum, qui discipulos docens dixit: Bonum est sal: habete in vobis sal: & iterum vos estis sal terræ, per ✠ eum te exorcizo, qui per Apostolum nos docere dignatus est, dicens: Cor vestrum, & sermo vester semper in gratia sale sit conditus: vt nulla tibi sit communicatio cum spiritibus malignis: sed sis sal exorcizatum in salutem credentium, & sal sapientiæ temperans omnes actus humanos,

Digitized by Google

sal pœnitentiæ præseruans à putredine damnationis: sal amicitiæ tuæ cum Deo, & proximo: sal exterminationis cunctorum maleficiorum, phantasmatũ, & Dæmonis infestationum. Ideo efficere sal ad euacuandos, expellendos, & examinandos ipsos inimicos nostros vasa Dei Sacramentis munita, vexantes. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti.

Oremus.

VIRTVTIS tuæ inuictam fortitudinem deprecamur, Domine Sancte Pater, omnipotens æternæ Deus super hoc sal, cui non minimam gratiam conferre dignatus es; vt ex illo possint vniuersa condiri hominibus ad escam, & potum, per filium tuum procurai, per quem te Domine supplices exoramus, vt sal istud sanctificare ✠ benedicere ✠ tua pietate, & misericordia digneris, vt ex

vultu

Digitized by Google

vultu Diuinæ Maiestatis tuæ, virtutem tuam contra omnes immundos spiritus possit accipere: expellat de tabernaculis eorum omnes latentes insidias inimici: destruat de cunctis rebus ad vsum hominum, omne opus nefariũ: & deterreat præstigia, phantasiasq; compescat, & exhibeat plenum salutis, conferatq; sanitatis effectum, per virtutem Sanctæ Crucis ✠ Domini Nostri Iesu Christi: tutelamque fidelissimam petentibus, & desiderantibus præstet, per hoc tuũ Domine signaculum, in cuius virtute hanc creaturam salis benedico ✠ & in nomine sancto tuo Trino, & vno benedico, & sanctifico ✠ vt contra spiritus percutientes efficiatur salutare præsidium, & medicina perfectissima in visceribus fidelium, per merita passionis filij tui Domini Nostri, qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

Exorciſmus aquæ.

EXORCIZO te ✠ creatura aquæ, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, ne cõmunis ſis vllí ſpiritui immundo; ſed des honorem viuenti, atq; regnanti Deo; vt cuilibet in potum, vel vbicunq; aſperſa, vel cõmixta fueris, omnis ſpiritus immundus ab eo corpore, & loco recedat. Itaq; adiuro te creatura aquæ, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni, Filij Dei viui, Redemptoris, & Iudicis noſtri, vt ſis purgatio, & ſanctificatio hominum; quos Deus ad ſuam ſanctam imaginem creare, & ad gloriam vocare dignatus eſt. Amen.

Oremus.

DEvs, qui ad ſalutem humani generis maxima quęq; Sacramenta in aquarum ſubſtantia condidiſti.

Adeſto

Digitized by Google

Adesto propitius inuocationibus nostris, & elemẽto huic multimodis purificationibus præparato, virtutem tuæ benedictionis infunde; vt creatura tua, mysterijs tuis seruiens ad abigendos Dæmones, morbosq; pellendos, diuinę gratiæ sumat effectum; vt quid quid in domibus, locis, & corporibus fidelium huius vndæ, respersum fuerit, careat omni immunditia; liberetur à noxia: non illic resideat spiritus pestilens, non aura corrumpens. discedant omnes insidiæ latentis inimici: & si quid est, quod aut incolumnitati habitantium inuidet, aut quieti; aspersione huius aquæ fugiat, vt salubritas per inuocationem tui sancti nominis expetita, ab omnibus sit impugnationibus defensa. Per Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

Oremus.

EXAVDI nos Domine Sancte Pater omnipotens æterne Deus ; & benedic ✠ & sanctifica ✠ hãc aquam, benedictione Cœlesti ; & assist at super eam virtus Spiritus Sancti: & vbicunq; fuerit, longe recedat virtus inimicorum , infestationes Dæmonum, vmbra phantasmatum, cruciatus maleficiorum, incursio turbinum, omnis spiritus fulminum, tonitruorum, tempestatum , & procellarum arceantur, per te ipsum omnipotentem, qui cum Filio , & Spiritu Sancto viuis , & regnas in sæcula sæculorum . Amen .

Sequentia S. Euangelij secundum Ioannem.

IN illo tempore, dixit Iesus Samaritanæ : si scires donum Dei , & quis est , qui dicit tibi , da mihi bibere ,

Digitized by Google

bere, tu forsan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Dicit ei mulier, Domine, neque in quo hanrias habes, & puteus altus est. Vnde ergo habes aquam viuam. Nunquid tu maior es Patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus, & dixit ei: omnis qui bibit ex aqua hac sitiet iterum; si quis autem biberit ex hac aquam, quam ego habeo ei, non sitiet in æternum: sed aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę sallentis in vitam ęternam: dicit ad eum mulier. Domine da mihi hanc aquam, vt non sitiam. Tu autem Domine nostri Miserere.

℟. Deo gratias.

Oremus.

DOMINE Sancte Pater Omnipotens æternæ Deus, qui per Iesum Christum filium tuum Dominum nostrum

Digitized by Google

noſtrum vulnera curare dignatus es, quæſumus clementiam tuam, vt hanc aquam mundare ✠ ſanctificare ✠ purificare ✠ & benedicere ✠ digneris; vt quoſcunque ex ea bibentes viſitare digneris: & ſicut Thobiam, & Saram; filiumq; lunaticum, ſurdum, & mutum; ita etiam omnes ex hac aqua bibentes ab omni maleficio, & infeſtatione Dæmonum liberare digneris: & cœleſtis gratiæ præſta eis medicinam. Per eundem Chriſtum Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

Ponat ſal in aquam, dicens.

SICVT Eliſæus ægrus ad fontem aquarum miſit in illum ſal, & dixit: ſanaui aquas has, & non erit vltra

Digitized by Google

vltra in eis mors, neque sterilitas super hanc cómixtionem salis, & aquæ nulla infestatio serpentis venenosi sit vltra in creaturis Dei. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, cui est honor, & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Exorcismus super aquã, sale commixtam.

EXŌRCIZO te ✠ creatura salis, & aquæ, per Deum viuum, per Deum verum, per Deum Vniuersi creatorem, & per te adiuro, qui te sua potentia suspendit super Cœlos, congregauit in terra, miscuit in mare, & de fonte Paradisi manare fecit, & in quatuor fluminibus exire iussit, & totam terram rigare præcepit.

Hic

Digitized by Google

Hic diuidat aquam in quatuor partes in modum Crucis.

Vt te mundam exhibeas, nec aliquam virtutem Diaboli retineas; sed sis aqua sancta ✠ aqua benedicta ✠ aqua ✠ lauans sordes, & peccata, atque maleficia ✠ aqua exorcizata ad effugandum inimicum: & vbicunq; aspersa fueris, siue in domo, siue in angulis cubiculorum, siue in seminatis campis, vineis, & in cunctis fertilibus, siue in pane, vino, & cunctis comestibilibus, siue in plumis, lanis, paleis, lectis, & indumentis, siue in medicinis, cingulo, balneis, & alijs medicaminibus: vel si quis ex te gustauerit, vel biberit, vel lauerit, fias ei defensio tutissima; medicina efficacissima; remedium sanitatis, & portus salutis. Ipse quoque Diabolus, cum suis seguacibus, & maleficijs, incantationibus

Digitized by Google

tationibus, ligationibus, ſignaturis, & facturis elongetur, & ſeparetur à quocunq; loco, in quo aſperſa fueris, & à quacunq; creatura, quæ ex te biberit, quantum elongatum eſt Cœlum à terra, lux à tenebris, veritas à mendacio, iuſtitia ab iniuſtitia, & dulce ab amaro, in nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti.

Immergat Crucem, & dicat ſignans aquam in modum Crucis.

Et per ipſum te exorcizo ✠ adiuro ✠ benedico ✠ & ſanctifico, qui per Moyſen ſeruum ſuum virga tetigit mare, & currus, & equites cũctos Pharaonis in medijs fluctibus inuoluens, populum Iſraelem liberauit.

Immergat ſecũdo Crucem, vt ſupra.

Et

Digitized by Google

Et per eum te exorcizo ✠ adiuro ✠ benedico ✠ & sanctifico, qui ostendit Moysi lignum, quod cum mersisset in aquas amaras, in dulcedinem versæ sunt.

Immergat tertio Crucem, vt supra.

Et per eum te exorcizo ✠ adiuro ✠ benedico ✠ & sanctifico, qui per Moysen percussit virga bis Petram Horeb, & egressæ sunt aquæ largissimæ, & bibit populus. Vt te mundam exhibeas, vt supra.

Immergat Cereum Paschale, & dicat.

Per huius cerei benedicti immersionem descendat in te, aqua, virtus Spiritus Sancti, totamque tuam substantiam fœcundet affectu, vt te mundam exhibeas, vt supra.

Et

Digitized by Google

Et ſufflet ter in aqua, dicendo.

Ex ſufflo te omnis legio Sathanæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Vt te exhibeas mundam, vt ſupra.

Benedico ✠ te creatura aquæ, per Deum, qui te in principio ſeparauit verbo ab arida, cuius ſpiritus ſuper te ferebatur. Sanctifico ✠ te aquam, per Deum, qui Eliæ aquam dedit tempore ſiccitatis in torrente Carith. Sanctifico ✠ te per Deum, qui per Eliſæum dedit aquas, vt biberent Reges Iſrael, Iudæ, & Adeom. Benedico ✠ per Deum, qui aperuit molarem dentem ex maxillo Aſini, & egreſſæ ſunt aquæ ex eo, & bibit ſampſon. Sanctifico te per Deum, qui legem poſuit aquis, ne tranſirent fines ſuos. Benedico te ✠ per Deum, qui Delb, & Baruch de Cœlis, & nubibus ſtillauit aquas.

Bene-

Digitized by Google

Benedico ✠ te per Deū, qui recordatus misericordiæ suæ diminuit aquas diluuij, & Benedixit Noè, & filijs suis. Sanctifico te per Deum, qui, Elisæo percutiente aquas Iordani, diuisit huc, atque illuc, & transiuit Elisæus. Sanctifico te, per Deum, qui aqua refectionis, educat, nutrit, & viuificat ad Sanctam Ecclesiam confugientes. Benedico te, per Iesum Christum, qui per aquam Iordanis voluit à Ioanne baptizari. Sanctifico te, per Iesum Christum, ex cuius puteo aquarum viuentium fluunt, atque impetu de libano. Coniuro te ✠ per Iesum Christum, qui dat mercedem danti in nomine suo calicem aquæ sitienti. Benedico te, per Iesum Christum, cuius pedes lacrymarum aquis irrigauit Magdalena. Sanctifico te, per Iesum Christum, qui imperat ventis, & obediūt ei: & pedibus tutus super te ambulauit, & facta es quasi terra stabilis. Sanctifico te per Iesum Christum, qui

aquam

aquam conuertit in vinum. Benedico te, per Ieſum Chriſtum, qui dat aquam ſalientem in vitam æternam. Sanctifico te, per Ieſum Chriſtum, qui deſcendentes in piſcinam poſt motionem aquæ ſanabat à quacunq; detinebantur infirmitate. Coniuro te, per Ieſum Chriſtum, ex cuius latere exiuit ſanguis, & aqua. Benedico te, per myſterium in Iordane factũ, dum Sacerdotes arcam Domini portarent Ioſue, & populus tranſirent ad terram promiſſionis. Sanctifico te, per nouem Choros Angelorum Dei. Sanctifico te per torrentem lacrymarum Beatæ Virginis Mariæ, & per merita ipſius Sanctiſſimæ Virginis, totiuſq; Curiæ Cœleſtis. Benedico te tandem ſanctifico ✠ & exorcizo ✠ in nomine Dei Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti, qui te ad regenerationem hominum conſtituit, & mirabilia valde in te fecit. Amen.

Digitized by Google

℣. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.
℟. Et salutare tuum da nobis.
℣. Domine exandi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

DOMINE Sancte Pater Omnipotens æterne Deus, Pater Domini Nostri Iesu Christi. Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, exorcizantem, & benedicentem ✠ me istam creaturam salis, & aquæ, precor, vt exaudire digneris in nomine eiusdem Domini Nostri Iesu Christi Nazareni filij tui viui ei Regis, & Iudicis nostri; sicut exaudisti Noè in diluuio, Moysem in Aegypto, Iob in passionibus, Danielem in lacu leonũ, tres pueros in camino ignis ardentis, Susannam in falso crimine: & sicuti exaudisti

exaudisti toties Ecclesiam Sanctam tuam in persecutionibus aduersariorum, vt hæc aqua sit purgatio, & purificatio, & sanctificatio omnibus hominibus, vt ea in quibus aspersa fuerit, habeant potestatem ad effugãdos immundos, phantasmaticos spiritus, & omnem nefarium Diabolum, atq; omnes figuras, minas, & operationes Sathanæ. Concede etiam ei potestatem ad exterminanda fulgura, & grandines, & omnes aduersitates humanæ naturæ, vt non possit immundus spiritus nocere rebus, locis, & hominibus, in quibus aspersa fuerit; sed confusus, & destructus discedat, per Virtutem Domini Nostri Iesu Christi, qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Dei in sæcula sæculorum. Amen.

Digitized by Google

Creatura obſeſſa poterit bibere de hac aqua, & etiam poterit comedere de omni cibo, ſeu carne, ſiue porcina, ſiue auiú &c. quia nihil nocet obſeſſæ, vt aliqui dicunt, & expertus ſum. Laudo, quod domus lectus obſeſſæ aſpergatur. Sæpe ſale exorcizato, & aqua benedicta.

Benedictio Stolæ ad ligandos Dæmones.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Oremus

Digitized by Google

Oremus.

OMNIPOTENS æterne Deus, qui dediſti nobis poteſtatem ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, inuocamus nomen ſanctum tuum potentiſsimum terribile, & formidabile ſuper hanc Stolam, quam benedicere ✠ ſanctificare ✠ & virtutem Potentiæ tuæ infundere digneris: qui es Dominus exercituum Dominus fortis, & potens tens in prælio: & ſicut miſiſti Sanctum Angelum de Cœlo, qui catena magna appræhendit Draconem magnum, Serpentem antiquum, qui eſt Diabolus, & Sathanas; & ligauit eum per annos mille; ne ſeducat gentes: ſeu mittere digneris Michaelem Archãgelum Principem Militiæ Cęleſtis; vt Dæmones, creaturas prætioſo ſanguine Ieſu Chriſti redemptas vexantes, ad tactum huius Sacræ Stolæ liget; ita vt eorum manus, & pedes

Digitized by Google

sint cõpedibus aggrauati, vt suis ministris sese adesse publicent, obedientiam præstent, eorum pareant præceptis, & in cõspectu exorcistarum, cum pauore, gemitu, merore, metu, terrore, & formidine, in nomine sãcto tuo, stare sint adstricti. Per eundem Dominum Nostrum Iesum Christum filium tuum, qui viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Benedico ✠ te igitur sacra stola, sanctifico, & super te potentiam Diuinã inuoco ✠ vt sis stola fletus, stola conculcationis ✠ stola terroris, stola præsuræ, stola mœroris, stola formidinis, stola gemitus, & doloris omnibus Dæmonibus corpora humana vexantibus. Ita vt sicut Iesus Christus posuit frænum in Cruce Lucifero, & suis seguacibus; sic in sacra stola sis frænum omnibus Dæmonibus super frænum equi, muli, asini, & omnium iumentorum, vt ad tuum conspectum adesse se statim indicent: publicent, obedien-

Digitized by Google

obedientiam Dei miniſtris præſtent: nec vllo, aut quo vis modo calcitrare audeant: ſis, ò benedicta ſtola, frænum fortiſſimum, in ore, & labijs, & maxillis eorum potens, terribile, refrænas ſuperbos, vt cadant in conſpectum noſtrorum, inuocato nomine Omnipotentis Dei, ſicut ceciderunt muri Hierico: ſis catena contexta operibus mirabilibus, & vinculis fortiſſimis, tanquam manus potens, & fortis Domini exercituum ſuper ſuperbiam, & arrogantiam eorum: ſis catena vna, per merita vnius Sanctæ ✠ Crucis Domini Noſtri Ieſu Chriſti: ſis catena triplex per virtutem Sanctorum Clauorum Chriſti: ſis catena quintuplex, per merita quinque plagarum Chriſti: ſis catena ſeptuplex, per ſeptem verba dicta à Chriſto in Cruce: ſis catena multiplex, per flagella Chriſto noſtro data: ſis catena ſanguinis exeuntis de lacu omnibus ſpiritibus immundis;

Digitized by Google

vt cum timore ſtent in conſpectu Exorciſtarum Eccleſiæ Sanctæ: ad cuius ſacræ ſtolæ tactum, vel ligamen adeſſe ſe ſtatim publicent, & ſint adſtricti eorum obedire præceptis; nec ſit, qui illis præſtet auxilium. Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

Benedico te,& ſanctifico ✠ per eũ, qui iuſsit fieri in rationali cathenas aureas ex auro puriſsimo: per eum ✠ qui confregit catenas ceruicum inimicorum noſtrorum, per eum, qui in chamo, & fræno maxillas Dæmonum conſtringit, ne quemquam lædere valeant. Per ✠ eum, qui ſuper aſpidem, & Baſaliſcum ambulat, & conculcat Leonem,& Draconem. Per ✠ eum, qui diſsipat gentes, quæ bella volunt. Per ✠ eum, qui iuſsit ligari hominem nõ habentem veſtem nuptialem,& in tenebras exteriores mitti. Per ✠ eum,qui facit mirabilia magna ſolus. Per ✠ eum, qui à Iudæis captus, ligatus, flagellatus, conſputus,

ſpinis

ſpinis coronatus, & in Cruce occiſus. Per ✠ ea omnia, quæ fecit, dixit, & adimpleuit Chriſtus; vt ſit ſtola benedicta ✠ & ſanctificata ✠ ad dãnandam ſuperbiam, & arrogantiam, & obſtinationem Dæmonum; ita, vt ad tactum tuum proſternant ſe, præſentiam ſuam manifeſtent, obedientiam Exorciſtis præſtent, & veritatem fateantur, & tãdem fugiant ad laudem Dei omnipotentis, ſalutem hominum, & omnium Dæmonum confuſionem. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Iterum ſuper te inuoco virtutem duplicis catenæ Diui Petri Apoſtolorum Principis, cui, & Collegis ſuis potiſsima data eſt à Domino virtutũ virtus, & poteſtas calcandi ſuper ſerpentes, & ſcorpiones, & Dæmonia eijciendi, liberaq; facultas, & auctoritas ligandi, atq; ſoluendi animas fidelium à peccatorum nexibus, & per catenas, & vincula, quibus ligati ſunt

Sancti

Digitized by Google

Sancti Martyres Dei, dum testimonium perhibentes Iesu Christi verbera, & supplicia, tyrannis, tormenta, passiones, & mortem fortiter substinebant, vt hæredes fierent in domo Dei, vt Dæmonem seu Dæmones N. famulum hunc Dei vexantes leges, in nomine Dei Patris ✠ omnipztentis, & in nomine ✠ Iesu Christi Saluatoris nostri, & Spiritus ✠ Sancti Paracliti: & in nomine Diui ✠ Vbaldi hãc creaturam Dei à laqueis cunctis spirituum malignorum, eorumque ligaturis, & vinculis vniuersis per virtutem Sanctæ Cru ✠ cis pęnibus absoluas: es enim tu Sacerdotale ornamẽtum, es veluti funda Dauid contra Goliam: es lorica Sanctorum Dei ministrorum, es aureus torqueus, & monile aureum agni veteris Regis sęculorum: es denique ea, qua sine nihil benedicit, nec consecrat Sacerdos: es ea, qua circum amictus omnis Christi minister benedicenda benedicit;

exorci-

Digitized by Google

exorcizanda exorcizat, adiuranda adiurat, & tandem Ecclesiastica ministeria perficit omnia: te igitur tangente Dei creaturas vexatas confusi spiritus maligni illico discendant, per nomen Iesu Christi Nazareni, & nobis sis stola iucunditatis, stola prima, stola candida, stola innocentiæ, stola immortalitatis. Amen.

Oremus.

DEVS, cui est proprium misereri semper, & parcere; suscipe deprecationes nostras, vt hanc creaturam tuam à Dæmone obsessam nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit: miseratio tuæ pietatis clementer absolue. Per Dominum nostrum Iesum Christum, qui tecum viuit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Bene-

Digitized by Google

Benedictio Virgarum ad flagellandos Dæmones.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.

Exorcismus.

EXORCIZO vos ✠ creaturæ virgarum, per eum, qui creauit herbam virentem, facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum; vt nulla communicatio sit vobis cum Angelis Apostaticis; sed sitis virgæ exorcizatæ ✠ & benedictæ ✠ ad conterendum, & flagellandũ Sathan sub pedibus nostris; ita, vt omnis spiritus immundus à vobis in aliqua Diabolica figura, vel in corpore existens, flagellatus fuerit, manifestet

Digitized by Google

manifestet se statim, obediat Sacerdoti imperanti, & tãdem fugiat confusus, & recedat à corporibus humanis, per Iesum Christum, qui in ligno Sanctæ Crucis percussit Luciferum, & omnes eius sequaces. In nomine Patris ✠ & Filij ✠ & Spiritus ✠ Sancti. Amen.

Oremus.

OMNIPOTENS æterne Deus, qui in corporea, virtute tua, corporibus subdis, & virtutes naturales transmutas, & supernaturalia mirabiliter infundis creaturis tuis, secundum beneplacitum Diuinæ Maiestatis tuę, vt cognoscamus te solũ Deum omnipotentem, & mirabilia operantem; humiliter deprecor Maiestatem tuam, vt has virgas exorcizatas benedicere ✠ digneris. & Benedic, sicut benedixisti virgam Angeli tangentis carnes, & azimos panes.

Sanctifica

Digitized by Google

Sanctifica ✠ ſicut ſanctificaſti virgam Aron in tabernaculo fęderis teſtimonij. Benedic, ſicut virgam Ruth cedentem, & excutientem hordæum. Sanctifica, ſicut virgam Ionatæ intinctam in fauum mellis. Benedic, ſicut virgam vigilantem. Sanctifica, ſicut virgam Iſrael hæreditatis eius; & ſicut virgam auream Regis Aſſueri. Benedic ✠ & ſanctifica ✠ has virgas, ſicut benedixiſti, & ſanctificaſti virgam, & lignum Sanctæ ✠ Crucis ſanguine præcioſiſſimo filij tui, ſicuti ego in nomine ſancto tuo benedico ✠ & ſanctifico ✠ & virtutem rigidam iuſtitiæ tuæ Diuinæ ſuper has virgas infundere digneris ad flagellandos, & fugandos Dæmones, creaturas humanas vexantes; ita vt ſi quis in nomine ſancto tuo his virgis cæſus fuerit, & flagellatus, figuras quoſcunq; Dæmonum, vel ipſa corpora vexata, ſit flagellatio, & percuſſio illa, per ſanctum nomen Thetragrammaton, & ſi ſuper

ſubſtantias

ſubſtantias ipſas Dæmonum, eſſent renouationes cunctorum dolorum, & pœnarum Infernalium: igniſque, ſulphur, ira, & furor Domini: ſint hæ virgæ, tanquam virga Moyſes, & Aaron conuerſa in colubrum, deuorans, & affligens hos Dracones hæreticos: & eos percutientes; faciant ſigna mirabilia, ſicut in Aegypto: ſint tanquam virga Micheæ, percutiens: ſicut virga percutiens bis ſilicem: ſint virgæ ſolidæ, arguentes, ferreæ, virga furoris, & indignationis Domini exercituum ſuper ſcelera Dæmonum, faciens conſummationem, & abbreuians ſuperbiam, & obſtinationem coram. Et virgæ viſitantes iniquitates eorum. Suſcitet Dominus exercituum ſuper Dæmones corpora humana vexantes, flagellum iuxta plagam Madian in Petra Horeb. Benedico vos ✠ tandem, & ſanctifico ✠ vt ſitis virgæ fortes in bello, affligentes, debellantes, expellentes, conflingentes,

Digitized by Google

gentes, cruciantes Dæmones vexantes corpora humana, & præcipitantes eos in baratrum, ſicut iam per Michaelem Archangelum fuerum præcipitati è Cœlo. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum. Amen.

Aſpergantur aqua benedicta.

Benedictio cartæ, atramenti, & calami.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit Cœlum, & terram.
℣. Dominus vobiſcum.
℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

DEvs Abraham, Deus Iſaac, Deus Iacob, qui in dilectiſſimi filij tui Titulo triumphali Sanctæ Crucis, Ieſus

Iesus Nazarenus Rex Iudæorũ, scribi voluisti: ipsiusq; Iesus nomen, in corde S. Ignatij, literis aureis scripsisti; quæsumus, vt hanc cartam, & atramentum, & calamum benedicere ✠ & sanctificare ✠ digneris: vt qui orationes, vel sancta nomina super eos scripta, deuote portauerint, vel in plumis, lanis, vel paleis, vel in lectis domibus, vel indumentis; vel in quibus vis locis collocata fuerint, non possint latitare Dæmones, sed sint adstricti discedere, & sint armaturæ sanctæ contra eos Dæmones, & sint potentes benedictæ in destructionem cunctorum maleficiorum, incantationum, ligationum, signaturarum, facturarum, fascinationum, & omnium inimicorum: nec habeant potestatem inquietandi, vel perturbandi creaturas tuas, vt possint deuotè orare, quiete dormire, comedere, bibere: ideo exorcizo te ✠ cartam, calamum, & atramentum, benedico ✠ & sancti-

Digitized by Google

ficó ✠ te per eum, qui dixit Moysi, scribe hoc in libro, & trade auribus Iosue. Delebo enim memoriã Amalech sub Cœlo; per eum, qui ipsimet Moysi præcepit, vt scriberet in tabulis verba fœderis decem, & Thobiæ; vt accepta carta, faceret conscriptionem coniugij. Per ipsum Iesum Christum Dominum Nostrum. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

Sacerdos quando benedicit aliquid, stans, detecto capite, iunctis manibus ante pectus, & pollice dextero, su per sinistrum posito, in modum Crucis, benedicat, & quãdo inuenit aliquam

Crucem

Crucem, faciat Crucem manu dextera ſuper rẽ benedicendam: item faciat quando benedicit obſeſſum. Quando legit Pſalmos, vel Paſſionem Ieſu Chriſti, vel Epiſtolas B. Pauli Apoſtoli &c. ſtãs legat aperto capite. Quando legit Orationes, vel Litanias genuflectat. Quãdo vero legit Exorciſmos, cooperto capite debet ſedere; exorcizans obſeſſum ſtans faciat; & inueniens in Exorciſmis

Digitized by Google

aliquam Crucem faciat in fronte, & in pectore obſeſſæ ſignum Crucis. Quando legit Euangelia, ſtans legat, capite detecto, faciẽs Crucem in fronte obſeſſi, in principio, & in fiue Euangelij, tenens dexteram manũ ſuper caput infirmi. In principio benedictionis ſemper dicatur (poſt verſiculos Adiutorium &c. Qui fecit Cęlũ &c.) Dominus vobiſcum. Et cũ ſpiritu tuo. Oremus. & ſeruatur in alijs Orationibus

tionibus, aſpergens rem benedictam, aqua benedicta.

LAVS DEO.

Digitized by Google

Errata. Emendata.

Pagina 25.& per conſeguens. & per conſequens. 28.apud apud homines. apud homines. 30.rebellantibus. rebellibus. 62. quæ eſt. quod eſt. 64.aſtruit.inſtruit. 67. Pictor.piſtor. 67. Acheroſtis. Acherontis. 96. Eleſinas. Elemoſinas. 98. ſuperpellitium. ſuperpellicium. 114. pele. præle. 129. Maledicte. Maledicti. 130. acquere. arguere. 131. ſubeſſor. ſubuerſor. 140 Iuuit. Iuuenit. 162. Vnicam. Vnicum. 163. liquidam. liquidum. 194. Arifactis. Arefactis. 208. quod Dæmones, quod Dæmones. quod Dæmones. 210. Donec donec. donec. 234. flamma. flemma. 234. ſpeme. ſperare. 235. deſtibus. teſtibus. 235. humeros. humores. 252. abiri. abire. 257. quæ. quæ. quã. qui qui. quẽ. 284 facientibus fauentibus. 289. defererenrur. deferrentur. 294. ſe. te. 302. loco. loca. 319. audio. audi. 321. eiecta. erecta. 323. defererentur. deferentur. 338. non.----- 374. vt.&. 376. facti. Sancti. 379. pelicim. peluim. 400. quandam. quoſdam. 401. eriam. etiam. 406. abſcondere. diſcede. 440. ei. Dei. 455. hac. has. 464. Sacerdo. Sacerdos 476. aſpera. opera. 478. omni. homine. 498. noſtro. uoſtros. 516. examinandos. exterminandos 516. procurai.-------524. fis. ſis. 533. tens------ 544. fuerum. fuerunt.

INDEX

Digitized by Google

A

ABstinentia erat in D. Vbaldo. Pag. 149.
Ad liberationem obsessi, medicina non sunt necessaria. 39.
Ad Ecclesiam S. Vbaldi currunt multi obsessi. 84.
Adoratio Crucis. 43.
Aliqua in adiurando Dæmones sunt licita, aliqua vero illicita. 51.
Aliqui Sancti interrogauerunt Dæmones de ignotis. 55.
Aliquando Sacerdos quærens aliquid à Demone potest grauiter peccare. 60.
Aliquando Dæmones fingunt obsessum esse, qui loquitur, & sunt ipsimet. 77.
Aliqui Sancti fuerunt vexati à Spiritibus. 78.
Aliquando Dæmones fingunt se exire, & latitant, & dum se manifestant dicunt denuo venisse. 92.
Aliqui Dæmones quærunt decipere Sacerdotes. 95.
Aliqui obsessi nunquam liberantur. 104.
An Spiritus malus possit alium castigare. 55.
An de aliquibus liceat interrogare Dæmonẽ. 56.
Apparent Dæmones sub diuersis formis priusquam in humana corpora ingrediantur. 79.
Astutia Dæmonum contra Exorcistas. 27.
Astutia magna Dæmonum. 66.
Aufugiunt Dæmones in diuersorum partes obsessi, & quare. 99.
Augumentum pœnarum in Dæmonibus. 144.

Digitized by Google

B

Beatus Dominicus Sanctimonialem à se liber-
tam, iterum subiugauit Sathanæ, ea consen-
tiente, quare. 29
Beatus Iacobus fecit ad se adduci per Dæmone
Hermogenem, & quare. 50
Beata V. M. continet omnes excellentias super om-
nes Sanctas. 295
Beata V. M. est Thesaurus omniũ virtutum. 296.
Benedictio salis, & aquæ. 457.
Benedictio olei, & aliarum vnctionum, vel carnis
vel lardi, vel butiri, vel casei. 462.
Benedictio panis, vel tritici, vel farinæ, vel le-
guminis. 464.
Benedictio vini, & aceti. 467.
Benedictio prandij, vel cœnæ. 470.
Benedictio incensi, vel storacis, vel sulph. &c. 472.
Benedictio medicinæ, vel vnctionum, vel brodei;
vel balneorum. 477.
Benedictio thori. 479.
Benedictio vestimentorum, vel indumentorum lec-
ti. 482.
Benedictio herbarum, vel rosæ, vel rutæ, & simi-
lium. 484.
Benedictio ignis. 486.
Benedictio domus, vel loci. 488.
Benedictio Crucis. 494.
Benedictio Candelæ. 494.

Digitized by Google

Benedictio anuli. 496.
Benedictio Coronæ. 497.
Benedictio arborum, vineæ, terræ, seminum, & segetum. 498.
Benedictio in pestē animalium. 500.
Benedictio contra aues, & vermes. 501.
Benedictio cuiuscunq; rei tam comestibilis, quam non comestibilis. 503.
Benedictio fructuum. 508.
Benedictio carnium, & ouorum, & omnium comestibilium. 509.
Benedictio peregrinorum, & baculi. 512.
Benedictio Cilicij. 506.
Benedictio alia salis, & aquæ magnæ virtutis contra Dæmones. 514.
Benedictio sticlæ ad ligandos Dæmones. 532.
Benedictio virgarū ad flagellādos Dæmones. 540.
Benedictio cartæ, atramenti, & calami. 544.
Benedictio obsessi. 212.

C

C*Anzone sopra S. Vbaldo.* 16.
Caueat Exorcista ne offendat Deum in interrogationibus factis Diabolo. 48.
Canonica Eugub. reformata fuit à D. Vbaldo. 154.
Canonizatio S. Vbaldi. 202.
Citatio Dæmonum per Peremptorium primum, secundum, & tertium. 142.
Conditiones Exorcistæ. 87.

Digitized by Google

Coniuratio alleuiat dolores. 1[illegible]
Coniuratio de Passione Christi. 17
Coniuratio de vita S.Vualdi. 39
Corpus S.Vualdi adhuc incorruptum manet. 40
Coniuratio fundata super passionem Christi. 18
Coniuratio, quæ vocat Dæmon ad linguam. 12[illegible]
Creatura iam obsessa, & liberata, quid facere debet. 71

D

Dæmones omnia noscunt præter cogitationes cordis. 28.
Dæmones per humilitatem fugiunt. 28.
Dæmones dicunt facturam esse renouatam. 38.
Deus interdum à nostra obedientia eximit Diabolum. 46.
Dæmones in cursu huius vitæ constituti sunt nobis aduersarij. 48.
De quibus Dæmon possit interrogari. 51.
De astutijs Dæmonum. 64.
Dæmones aliquando dicunt se esse animos; non est credendum. 67.
Dæmones portant facturas in lectos, & in corpora humana, & tamen non est incantatio, sed hoc faciunt, vt veniant scandala. 81.
De quibus Sacerdos debet obsessum monere. 85.
Dæmones quærunt, vt obsessus se præcipitet. 95.
Dæmones faciunt etiam infirmitates mortales. 96.
Dæmones subuertunt domum &c. 97.

Digitized by Google

Dæmon plus timet vnam rem, quam aliam. 99.
Dæmones semper vellent nocere obsesso. 105.
Diabolus introducit facturas. 36.
Diabolus quærit omnia, vt non exorcizetur. 41.
Diaboli per exorcismos multum cruciantur. 45.
Diabolus verum respondens intendit, vt homines credant, & tandem, vt noceat. 50.
Diabolus non potest in corpus ingredi, aut nocere sine permissione Dei. 69.
Diuersi Dæmones, diuersis verbis sacris magis affliguntur. 72.
Diuersimode Dæmones corpora humana ingrediuntur. 79.
Difficilis est cognitio inter infirmitates naturales, & maleficiales. 82.
Dictum S. Antonij Abbatis. 523.
D. Vbaldus fuit Canonicus Reg. Late. 153.
D. Vbaldus quare sic vocatus. 395.
D. Vbaldus fugit huius sæculi vanitates. 397.
D. Vbaldus licet inuitus fuit cõsecratus Episc. 398.
D. Vbaldus cæcis duobus lumen restituit. 365.
D. Vbaldus sanauit Azonem infirmum. 364.

E

Efficacia Orationis S. Vbaldi. 146.
Episcopi interfuerunt ad sepeliendum corpus S. Vbaldi. 403.
Euangelia septem. 177.
Exorcista debet habere puritatem conscientiæ. 26.

Digitized by Google

Exorcista debet cauere à motibus vanæ gloriæ. 2
Exorcista immunis à peccato constanter potest aggredi Diabolum. 2
Exorcista debet cognoscere an creatura sit vere obsessa. 30
Exorcista debet obsessi omnia benedicere. 44
Exempla posita in malleo assignantur. 102
Exprobratio in malis spiritibus. 155
Exorcismus contra grandines. 451.
Ex qua stirpe fuit S.Vbaldus. 395.
Epistola Ioannis Apostoli tres. 353.
Exorcizatio obsessi. 116.
Exorcista ostendat Crucem Diabolo. 429.

F

Facturæ non semper habent effectum. 69.
Fallacia Dæmonum dum dicant se esse egressos, & postea egressos. 71.
Faciunt signa Diaboli in exitu à corpore. 90.
Fides requiritur in Exorcista. 26.
Formosus erat S.Vbaldus. 369.
Fulminatio excomunicationis in Dæmones. 168.

G

Generalis modus fugandi Dæmones. 151.

H

Humilis debet esse Exorcista. 28.
Humilitas S.Vbaldi. 283.

Digitized by Google

I

IMproperia contra Dæmones. 197.
Intentio Auctoris. 84.
Iusti non Sacerdotes aliquãdo expellunt Dæmones, quos Sacerdotes expellere nequeant. 27.
Infirmitas facta à Diabolo, non fit naturalis. 38.
In liberando maleficiatos, & obsessos, sine factura non est differentia, & quare. 38.
Interrogationes non sunt necessariæ ad liberationẽ obsessi; ita vt, sine illis, obsessus non possit liberari, quia multi liberantur, sine his interrogationibus, sint ad libitum Sacerdotis. 67.
In Ecclesia S. Vbaldi obsessi liberantur. 84.
Inquirere à Dæmone aliquid sponte occurrente, quando liceat. 51.
In nocendo nobis, Dæmones sunt concordes. 55.
Infinita mala dantur in Inferno. 260.
Incarnatio verbi reuelata fuit Diabolo. 262.
Intra enses certantium Ciuium se proiecit. 400.
In liberatione obsessi semper adest virtus Dei. 69.
In quandam foueam cementi S. Vbaldus iectus patienter tulit. 400.
In vestimẽtis Sacerdotalibus cur Cruces sint. 430.
In S. Vbaldo à planta pedis, vsq; ad verticem capitis non fuit sanitas. 199.

L

LItaniæ S. Mariæ Lauretanæ. 109.
Litaniæ Sanctorum, quæ sunt post Septem Psalmos

Digitized by Google

Psalmos Pœnit. 238
Licet interrogare Dæmonem de omnibus ad eius expulsionem, non aliter. 60.

M

Maxima Dæmonis astutia. 37.
Maxima patientia S. Vbaldi. 399.
Miracula quædam Sanctorum Apostolorum per modum coniurationis. 393.
Mirabile signum sanctitatis S. Vbaldi. 397.
Miraculorum operatio, attribuitur fidei. 26.
Modus cognoscendi obsessos. 31.
Modus maledicendi Dæmones. 172.
Monialis ab incubo spiritu stuprata. 102.
Modus maledicendi Dæmones in membris creaturæ. 172.
Multi liberantur, licet Dæmones sint muti. 68.

N

Narratur Beatitudo Sanctorum. 257.
Nomina ignominiosa Dæmonum. 410.
Non licet adiurare Dæmones ad aliquid ab eis obtinendum. 49.

O

Obsessus debet mundare conscientiam. 29.
Obsessus debet sperare in Domino Deo suo. 266.
Omnia impedimenta ponunt Dæmones, ne veniatur ad coniurationem. 93.

Digitized by Google

P

*P*Atientia S. *Vbaldi.* 399.
Passio Domini Nostri Iesu Christi secundum Matthæum. 413.
Peccata per pœnitentiam dimissa tecta sunt Diabolo. 27.
Per verbum Dei ejiciuntur Dæmones, *& facturæ.* 40.
Per verba irrisiua Diabolus *prouocatur ad discessum.* 45.
Petunt Dæmones *inconueniētia ab Exorcistis.* 89.
Potestas data à Christo ejiciendi Dæmones, *& facturas.* 849.
Præsepta Sacerdotis Diabolo, vt discedat sint præcepta Dei. 44.
Præcepta Sacerdotis Diabolo facienda. 74.
Præceptum faciendum Dæmonibus, *qui in succursum veniunt* Dæmonum *vexantium.* 119.
Præceptum faciendum Dæmonibus, *qui sunt in corpore.* 119.
Præparatio ad anathematizandos Dæmones. 165.
Prima tentatio in Adam. 264.
Præceptum, vt Diabolus *obediat.* 293.
Præceptum ad cognoscendum an Dæmon *sit in corpore.* 327.
Propria bona D. Vbal. pauperibus distribuit. 396.
Prædixit Vbaldus tempus sui exitus. 402.

Digitized by Google

Præceptum faciendum Dæmonibus, qui impediunt matrimonium. 437.
Præceptum faciendum Dæmonibus ab Exorcista, quando terminat coniurationem. 447.
Præcepta, vt Dæmon obediat. 361.
Psalmi Dauid. 342.

Q

Quare Dæmones ingrediantur humana corpora. 29.
Quomodo Sacerdos debet coniurare obsessum. 111.
Quomodo Sacerdos potest Dæmones adiurare. 48.
Quæritur vtrum diuinatio sit necessaria. 50.
Quando sit peccatum mortale interrogare Dæmonem. 62.
Quæsitum circa interrogationes Dæmonum. 62.
Quærit Dæmon perturbare mentem, & deuotionem Sacerdotis. 65.
Quid debeat Sacerdos præcipere Dæmonibus quando exorcizat. 73.
Quando Spiritus dicunt se velle discedere, quid Sacerdos debeat præcipere. 75.
Quando Sacerdos viderit Dæmonem torqueri aliquibus verbis sacris repetat illa crebro. 76.
Quæ inueniuntur in lectis asportata à Diabolo, sunt igne comburenda. 81.
Quæ signa veniunt quando Sacerdos coniurat. 85.
Quomodo Sacerdos in adiurando debeat animaduertere. 98.

Quemodo

Digitized by Google

Quomodo Sacerdos debeat uti rebus naturalibus. 100.
Quomodo mulieribus inuitis Dæmones vtãtur. 102.
Quare aliqui obsessi nunquam liberantur. 105.
Qui liberari non possunt hortentur ad patientiam. 105.
Quibus deteriora contingant. 106.
Quot sunt Dæmoniorum genera. 409.
Quando obsessus se communicat melius habet. 434.
Quando Sacerdos terminat coniurationem, quod facere debet. 444.
Quædam Dæmonia eiiciuntur per orationem, & ieiunium. 107.

R

RAtiones notabiles assignantur cur Dæmones vtantur mulieribus etiam inuitis. 101.
Remedium contra Dæmones, qui veniunt in auxilio eorum, qui sunt in corpore. 70.
Remedia contra incubos. 103.

S

SAcerdos debet irritare Diabolum obrobrij. 44.
Sacerdos non credit Diabolo. 64.
Sacerdos moneat obsessum, vt sibi dicat, quidquid intus dixerit hostis. 65.
Sacerdos sit oculis, & manibus, & omnibus motibus pudicus, & cautus. 66.
Sacerdos curet retinere superius Spiritum, & remedium. 70.

Digitized by Google

Sacerdos coniuras de quibus debet esse armatus. 7
Sacerdos debet exorcizare maleficiatum. 8
Sacerdos non facile credat Diabolo. 43
S.Vbaldus fuit armarum virtutum. 148
S.Vbaldus percutitur in fronte. 16
S.Vbaldus in cemento iactatus fuit. 16
S.Vbaldus posuit animam suam pro pace conser-
uanda in ciuibus suis. 193
S.Vbaldus per signum Crucis fugauit vndevim-
Ciuitates. 193
S.Vbaldus placauit Federicum Imperatorem. 194
S.Vbaldus ad extremam horã suæ vitæ sermonem
habuit ad populum. 201.
S.Vbaldus super tabulas dormiebat. 205.
S.Vbaldus suum patrimonium pauperibus distri-
buit. 285.
S.Vbaldus obijt M.C.LX. 402.
Sententia D.Bernardi ad Mariam. 249.
Sententia contra Dæmones. 249.
Signa maleficiati. 34.
Si Diabolus non discedit Deus vim coactiuam ad-
hibebit. 45.
Signa liberationis. 76
Signum est Diaboli quando medicamenta non iu-
uant, sed nocent. 82.
Signa Diaboli, vel maleficiati qualia sunt. 85.
Spiritus desertor regitur per spiritum iustum. 49.
Stola violacea Sacerdos debet vti. 98.

Digitized by Google

Sulphur, thus, ruta, & similia, quandoq; Diabolus timeat. 43.

V

VAlde à Federico Imperatore honoratur Sanctus Vbaldus. 401.
Vestimentorum contactu paraliticum curat. 401.
Verbum Dei expellit Dæmones. 41.
Verba Dei, & coniuratio Dæmones ejiciunt non autem faciunt ingredi in corpora. 94.

FINIS.

Regi-

Digitized by Google

Regiſtrum

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn.

Omnes ſunt integra folia, præter N. qui eſt medium.

PERVSIAE,
Ex Typographia Auguſta, Camerali, & Epiſcopali, Apud Marcum Naccarinum.
Superiorum Permiſſu. 1618.

Digitized by Google